

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Eilhard Lubin

**Eilhardi Lubini In huius saeculi Male Doctos, Academiarum Pestes, Et Malitiam
Impune Grassantem, Declamationes Satyricae Tres : Publice diversis temporibus
in Academia Rostochiensi recitatae**

Rostochii: Pedanus, 1618

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730500993>

Druck Freier  Zugang





1452

act 903

68

2 block

lib - 416.
K.e - 416.

1671

EILHARDI LUBINI

In hujus saeculi

MALE DOCTOS,
ACADEMIARUM PESTES,
ET MALITIAM IMPUNE
GRASSANTEM,

DECLAMATIONES
SATYRICÆ TRES,

Publicè diversis temporibus in Aca-
demiâ Rostochiensî reci-
tatae.



ROSTOCHII
Excudebat Joachimus Pedanus,
Anno M. DC. XVIII.

MATHEMATICIS
SOTTO

ACADEMIA ROSTOCENSIS

ET LIBRARIUM IMPRENTAM

GLOASSALIS

DE MATHESI

Ex libris
Ferd. Hamme rer, Jr.



**ILLUSTRISSIMO AC PRÆCELE-
SIS SIMO PRINCIPI AC
D O M I N O ,**

D N . VLDARICO

**DUCI STETTINI, POMERA-
niæ, Cassubiorum, & Vandalarum.**

Principi Rugiæ, Episcopo Camminensi d.
Comiti Caycorum, Dynastæ in Leben-
burg & Butov;

Domino meo Clementissimo,

*Longam vitam, firmam valetu-
dinem, & Salutarem gubernationem à D e o
optimo & maximo opto & precor.*

Libellum hunc, Illustrissime Princeps,
Domine clementissime, quem jam diu ante ta-
cito animi proposito Illustrissime Celsitudini
tuæ destinaveram, jäm tandem offero. Oblatio-
nis hujus eaussæ nec paucæ, nec leves. Quarum
forte non postrema, quod non solum in primæ harum de-
clamationum primâ fronte, te, Illustrissime Princeps, com-
pellaverim, jam ante annos sedecim, quo tempore hujus
nostræ Academiz Rector eras, & Illustriss. tuâ præsentia
illa nobis præstabas tempora, sane desideratissima, quorum
interea sepius cum suspirio & gemita recordamur: Verum
in ultimâ etiam mentionem minimè paream injecerim,

A z

quæ

quâ PHILIPPI SECUNDI nuper beatissimè defun-
cti, fratris tui desideratissimi, principis incomparabilis, &
nunquam satis laudandi, laudes delibare conatus sum.
Quem quidem tanto honoris & amoris affectu veneratus
sum, ut hominem nôrim, qui vel suâ morte ejus vitam re-
dimere paratus fuerit, nisi D E O aliter visuna fuisset. Ad-
didi etiam pium ad Deum votum pro tuâ Patriâ, & T E
ejus futuro Patre, jam quidem arboris tuæ gentilitiae ramo
minimo, sed cuius desideratissimæ frondes & flores D E I
numine ac munere ad ultima mundi sæcula, cum D E O,
virebunt. Et quia hæ quantumvis viles in se pagellæ,
forte auctore suo diutiùs vivent, illas etiam post patriæ tuæ
Geographicam descriptionem, quam jam jam, cum D E O,
emolitus sum, apud posteros qualesunq; documentum re-
stare volui præclari mei pro Patriâ tuâ, & T E, Patriæ tuæ,
post Deum, spe, non postremâ, voti. Quod ut Deus ra-
sum esse velit, orabo dum vivam.

Tua Celsitudo ut illas benignâ fronte respicere, meq;
veterem ac notum suum, humilimum clientem, exemplo
& loco beatissimi fratris sui, in gratiæ ac favoris sui
benignissimi Patroninum recipere ne dedignetur, reveren-
ter & humiliter oro. Cui me commendô, & T E D E O.
Rostochij. 22. Aprilis, Anno 1618.

Illustriſſ. tuæ Cels.

Humilimus cliens

Eilbardus Lubinus.

E. L.

DECLAMATIO
SATYRICA IN MALE DOCTOS,
recitata Anno 1602. 4. Julij,

*Cum novem præstantissimis viris Magiste-
ry gradum conferret.*

Magnifice ô Rector, dux Illustrissime, Tuq;
Ardua progenies regū, Celsissime Princeps,
Et vos ô nostri præceres, & fulcra Lycei,
Eusebiæ, Sophiæ, Panaceæ, almæq; Themis.
Doctores, tuq; ô juvenū delecta juvētq; (ftæ
Produxi in Roseam hanc juvenumq; virumq; coronam
Spæctatoe probitate viros, virtute serenos,
Et Sophiæ eximios studijs, & moribus aureis,
Pieria ex merito decorandos tempora lauru,
Immarcessibiliq; æternæ frundis honore.
Quod felix faustumq; velit Deus ille Deorum,
Qui cœli & terræ & maris endoperator, & Orci est.
Vos ô queis cordi est mundi sapientia viætrix,
Omnibus humanis petior, Dijs proxima virtus,
Hac Agite, atq; hilares lætiq; exporgite frontem,
Et bona dicite verba, animis linguisq; faventes.
At quia dicendi partes m̄i hoc tempore causa
Et ratio imponit, non evitabilis, illas
Materiâ insolitâ, Satyrâq; novâ exsequar, unde
Vestrum aliquis caveat frontem caperare serenam.
Res mihi cum pravis, rudibusq; erit. Haud sibi dici
Vestrum aliquis putet hæc, quos si hoc sermone lacestiam
Improbis ipse mihi stolidusq; videbor. At illam

A 3

Eloquar

E Loquar an fileam? Satius nempe hanc Camerinam?
Non agitare foret, que abo teterima nostro;
Unde haurire malum est, & quam non tangere præstat.
Sed quid agam, aspiciens, que bruta aut saxa loquantur.
Si taceant homines? Et quidni impune mibi sit
Dicere, que faciunt alijs impune? Et mibi quorsum
Sit fraudi illa loqui, unde alijs per facta notanda.
Crescit fama, & bonos, atq; emolumenta redundans.
O mores! saeclo clamabat Tullius æreo;
Quid nostro exclames, quando ultima bicitur etas.
E ceno atq; luto nulli æquiparanda metallo?
Et cuius sceleri non EUPOLIS atq; CRATINUS,
Sed nec ARISTOPHANES sceleratus Socrate laeso,
Et sponsi, Neohola, tui, saceriq;, Lycamba,
Ad laqueum pellens rabies furialis Jambi,
Et tuus hostis atrox, infelix Bupale pictor,
Et scelerum flagrum FUVENALIS, & ore profunda
PERSIUS, & Gafri Venusina lucerna Poëta,
Et velut enso furens stricto LUCILIUS ardens,
Tot Satyra artifices, non omnes sint satis uni.
Et quidni hac agitem queis nil hoc justius abo?
Quid potius fictas Virtutes laudibus ornem
Justitie, Eusebie, fidei, candoris in illis
Qui simulant Senecas, animo interiore Nerones?
Nempe arguento hoc resonant suggesta, theatra,
Et fora, quotidiè hoc agitari audimus, id ipsum
Sexcenti colaces, & mille volumina tractant.
Jandudum terras Afræa reliquit, & inde
Virtutum genetrix Pietas, comitata, profugit,
Atq; amor hoc saeclo male radicatus in illis
Qui suggesta eadem scandunt, unumq; tribunal.

Et

Et spiss, in Bibis que sola remanserat, bæc Jane
Mortua, Pandore contra jam pixide fracta
Morbi, bella, famæ toto dominantur in orbe,
Et damno cautes Epimetheus usq, flagellant.
Aspice cum parvis grandes, sacrisq, profanos,
Cum indoctis doctos, minimos age, age adspice summos:
Non genus ordo, status, sexus, gens, conditio, etas
Quam non Eumenidum Soboles Discordia tetra,
Luxuria, ambitio, ira, libido, calumnia, liber,
Et scelerum hortatrix opum, honorum leva cupido
Transversum incurrens, recto de tramite turbet.

Si postlimini revocatum ad tela diei
Organon electum Dei, & almi pastor obilis
Signatos Christi lustraret nomine catus:
Anne lui inveniat saculo vestigia nostro?
Hei mihi! si quondam Nero surgeret alter, & ille
Flavius, attonitum lacrimabat qui ultimus orbem,
Christiadis tormenta parans, tunicasq, molestas,
Quis stantes ardent, incensæ ut nocte lucerne:
Atq, igne admoto dictet perjuria dirus
Commodus, & sceleratus Apostata Caesar, & alter
Crudelis Decius quateret ferrum aq, catenas:
Nam quotus Ignatius Romanos carne leones
Pasceret, & quotus, heu! dominâ polycarpus in urbe
Arderet populo spectandus in Amphitheatro?
Nempe alias animas prior isthæc protulit etas:
Quis pietate gravi incoctis adflaverat intus
Spiritus omnipotens, & flammœus ardor Olympi.
Quis nostrum similes etas prior illa tulisset,
Non tot martyribus ferias, aut festa quietis
Rasa cuculligera celebraret turba cohortis.
Petrus & Andreas, Zebedeo & natus uterj,

Retibus abjectis patriamq; patremq; relinquunt,
Unius admoniti mandato & voce magistri,
Omnia deseruere unum ut sequerentur Iesum.
Quem quotus, heu! nostrum sequitur, nisi opes & honores
Incutiant pietatem, & amorem numinis adflent,
Extinxulentq; sacro ardente de nomine Zelum?
Hec nostra est pietas, cuius sine honore opibusq;
Penitet atq; pudet, praesertim bulga cuiquam
Plenior argenti si turget, & genus ingens
A proavorum atavis repetatur origine longâ.
Huic putet & fetet regnum cœlestis. Quod ipsius
Se putat indignum, nisi dote accedat opima,
Nauseam & excutiat fons Procathedria. Quantus
Annuus & redditus? Quot culti consequar agri
Jugera? quam magna lautaq; paropside bibam?
Quo be loca aut cathedra capiar? Primâ anne secundâ?
De vita, aut studijs, aut moribus auditorum,
Et quâ Ecclesia ibi bigeat, quâ parte laboret,
Quæstio semper erit vel nulla, vel ultima. Non hoc
Querebat quondam, qui tot pro nomine Christi
Pertulit cruxnas, tot vidit naufragia saxa,
Et qui tot nigri est expertus carceris uncos,
Dissectus flagris toties, rotiesq; petitus
Imbre gravi lapidum, post tanta exhausta malorum
Carnifex exhibuit jugulum spectante Nerone.
Atq; aliis versis pedibus cerbice deorsum
Pendente arboreo gabalo expansus in altum.
Transo jam lites illorum, & jurgia sacra
Infula quos generanda tegit, demissa tiara
Ornat, & incessus, cultusq; & barba Catonis.
Quorum si libros & Eristica scripta revolvas,
Quis arcana D E I, & sacra non temeranda profanant,

Diffe-

Dispeream in fronte auctorum si nomina demae,
E trivio scurras convicia, jurgia, lites,
Et probra ni ingessisse sibi, & se incessere jures.
Quis furor! Impuris gemmas protrudere porcis,
Et morbos animi, adfectusq; ody, insidie, iræ,
Æthereis sacris confundere, sancto & amictu
Divini verbi sceler a obtegere intima cordis,
Atq; bis suggestum sublime adscendere, & inde
Invisos quo scung, merentes ing, - merentes
Fulmine percutere, atq; Anathemate sternere diro;
Aut sacris libris animorum insolvere morbos,
Pestiferæ ing, alios lingue jattare venenum?
Quis ferat hec vernas inter? Que corpore Thaïs
Publica vicinas onera serit hinc pueras?
Hæc Chalcographia fecunde nixibus albi
Parturiunt mole immensâ numeroq; quotannis.
Quorum si auctores inscriptaq; nomina quaras.
Promptius expediam quantum Dux dirus ab Alba
Sanguinis, heu! nostri BelgI in tellure profudit;
Quot pedites pascens infans Hispanica dorso
Duxit in interulâ Ostendam, dum pugnat ad arcem,
Sanctum Pontifici factura, & nobile amictum,
Turcia quot curtos, quot tellus Angla bidentes
Nutrit, laurigeros quot Teutonis ora Poëtas,
Et quies portandis Magelosa haud sufficit illa.
Heu mihi! quam procul hæc sunt à gravitate remota,
Quà Pharisæorum fermentum expurgat Jesus,
Quo zelo Paulus sacris à sedibus arcet
Fures atq; lupos, quando insidiantur obili,
Et quo Petrus iter regnum ad cælestè præbat?

Nec tamen ignoscas alijs. Frons durior illis
Qui juris nodos, & legum enigmata plectunt,

A 5

Clamo-

Clamorso rabiosa foro qui iurgia vendunt,
Qui sanctas leges figunt precios, atq; refigunt,
Qui recta incurvant, qui nigrum in candida vertunt,
Interea mystæ cupiunt audire Themistæ.
Hei mibi! tam sanctæ qui, qualis, quantus abusus
Cernitur esse rei! & qui hoc perniciosior exstat
Quo præclara magis res, & preciosior ipsa est.
Justitiam mundi Solem quisnam esse recuset?
Quis neget hos radios divino d numine spargi,
Queis recte & bene vivendi ratio unica constat;
Unicuiq; suum queis redditur: haud quibus ullus
Se Iesum queritur: Queis pax biget aurea mundo.
Prò scelera! O superi! cruciat que poena profundæ
Strepſodicos istos, queis corporis optima lingua
Pars venalis inest, queis nata Aſtræa Tonantis
Pro meretrice sedet, venumq; exponit illi
Qui dare multa potest, inopiq; negabitur Iro,
Cui res asteritur longæ ſufflamine litis.
Que rota, que furia, quod saxum sufficit illis,
Qui ſolem extinguunt nil dignum luce gerentes?
Mundi oculū Aſtræam hanc qui admunt mortalibus, atraſq;
Inducunt tenebras mundi iſto Sole fugato.
Mitte fori lites, & perfer fortiter omnem,
Si que illata tibi eſt injuria, Cuncta remitte,
Debitor acceptos ſi non vult reddere nummos,
Iamq; tace. Furor eſt Harpyiarum unguibus uncis
Quidquid adhuc reſtat, poſt omnia trædere: Que non
Justitiam ambiguam vendunt niſi pluribus annis,
Pluribus & numis. Cum ſit maniſta Phrenesſis
Atq; furor, te agitare foro lentissima cauſe
Litigia, eventum cuius durare nepotes
Vix poterunt quarti, ſi vivant Neſtoras octo.

Justi-

*Justitiam, heu! miseram, quæ tanto tempore, tanquam
Litibus indigeat, cuius post secula tandem.
Lucescat radius tenebris longi obtutus ab eo.
At judex causam remoratur, at equum erit omnes
Audiri tistis, At circumstantia rerum.
Perpendenda prius. Camera atq[ue] fori ille recurvus
Longi processus eat ut Labyrinthus in orbem,
In quo tantum inopes Minotaursa deborat Iros.
Scilicet unde habeas redditus atq[ue] era quotannis.
Securus commissa loco quo causa stet. At vos
Numorum accipitres, non tale exerceuit olim
Judicium cum fratre suo, qui primus in orbe
Legislator erat, lites qui scilicet ante.
Occasum abruptit, quas Sol occiperat ortus.
Hoc est quod patria hæc nutricula causidicorum.
Nostris & Romulide quod iniquâ mente queruntur.
Qui hæc mastige rubent, quos sindex illa flagellat.
ulta graves gemitus, & verbera ruricobarum,
Quorum illi sudore, & sanguine delitiantur,
Et sibæ ossa vorant vacuis exsucta medullis.
Interea miseros pulsant, canibusq[ue] Molossis
Deteriore loco esse jubent. Nempe unius ortus.
Nature immemores patrisq[ue] unius Adami.
Pœna tamen præsens. Dum tu Corydona flagellas,
Turgidus exsugens siccum hærentem offibus, Ecce
Baldus adest, qui te dum Pulydamanta propinquum
Lite petis, lentag[ue] fori contendis arenâ
Paullatim exhaerit, donec deceptus est expes.
Nequidquam fundo suspirat numus in imo.
Nam quæ non Nemesis, non Crassus, & Heraclitus.
Hæc cernens tremula rumpat thoraca cachinno?
Nempe bonis nullum spectaculum dignius est, quam*

Cum

Cum lupus unum aliis forat, & cum pæna Nerones
Exercet diros, orta à nebulone proquinquo.
Et tamen illud agunt, seque hoc verbere pulsant
Æneadæ nostri, & lento duce Jasone pugnare
Donec res & spes operâ deperditur unâ,
Illustrèq; arces excusa superbia cogit
Linquere, & incultas Corydoni habitare latebras.
Mox exutus agris numisque opibusq; paternis
Circuit, & digito mendicat Pellio nudo:
Cujus jam annellos, gemmasq; aurig; catenas
Ponderis immensi dudum area aliena recondit,
Panlatim absuntas occulto à favore. Sic eum
Nil superest demum lis componetur amicè.
Scilicet hinc veniunt ad Miscellanea ludij,
Ruraq; Gallorum generoso hoc uncia cruento,
Pannorijq; agri, & Bataborum pascua lata
Romulidis nostris prebent commune sepulcrum.
Atque bucusq; utinam se extenderet illa tyrrannis,
Et rabies tantum sebissima Bartolidarum!
Quæ jam Teutoniam totam communis Erinnys
Vexat, & expoliat summos minimosq;, nec ulla
Inventa est tanti Cocoethus cura maligni.
O si qui imperij custos, patriæq; redemtor
Servatos quondam ob cibes, post secla nepotum
Æterno cupiat juvencere laudibus ævo:
Audeat à patriâ is talem depellere pestem,
Quâ postquam ex sulio vel centum evanuit annis
Justitia, heu! patrys bix promulgabitur oris.
Interea hi passim nostro dominantur in orbe,
Imperia & nunc magna gerunt, & principum in aulis
Ad clasum admoti, & magna ad subsellia rerum
Cuncta regunt, mensisq; accumbunt proximi Atridis

Aulai

Aulai in medio ducentes fauce cululos,
Et regi instillant : Alijs num te dare leges,
Et non accipere, ignoras ? tu nempe solutus
Legibus his es, quas alij rex ipse dedisti.
Justitia atque fides bona sunt privata, potentis
Ire licet, quocunq; libet. Cum prona libido
Per se, atque effrenis calcare licentia tali
Insuper accensa infremuit, quæ caussa supersit
Quin Phalaris miscens supera infera, sacra profane
Cuncta ad se rapiat perfanda nefanda, nec ipsis
Quæ data sunt superis his parcat, adulter & ingens
Suscipiat pueros ex mæchâ quinq; sepultâ
Ante annos, bel concubitu Tragico sibi jungat
Neptem ex fratre, sui sceleris pretiumq; reportet
Urbes atque agros, magna & regionis honores
Unde crucem Tityrus pœnas, ignesque referret ?
Quin celi oblitus, juris legumq; sacrarum
Cuncta gerat, velutiq; Gigas contendat Olympo,
In pupillam etiam mox insolet ungue Tonantis.
Mox regno excutitur, vel raptus morte citata
Ante diem heredi potiori regna relinquit.
Non impune tamen Gothe Pontanus abibit ;
Nec πλυνθεὶς τοι te Jona injuste remittet
Indemnem, & corbos insixo in stipite Kummer
Calvicio paschet, capite & truncatus obibit
Romani Imperij Sejanus Crellius alter:
Sic mala consilia autori sunt pessima, Pœna
Sic inventorem sceleris premit, & Rhadamanthus
Improbitate suâ fontes domat, & Cacobulos.
At consultorum quis nunc, quâ gente repertus,
Justitiam vitæ qui preferre audeat, atque
Propter vivendi causas desperdere vitam ?

Quid

Quis nunc fratre Getà Caracallà à fratre perevit
Excusare nefas scelerato à Cæsare jussus
Commoto coram populo , magnoq; Senatu,
Audeat hanc animoso & pectore rumpere vocem ;
Premius est patrare , quām idem scelus excusare ;
Mox pro virtute hac jugulum præbere securi
Exemplo, heu ! raro consulti Papiniani.

At vos, qui Sophiam , linguasq; artesq; sacras
Spernitis, & quicquid de pane haud esse parando
Dicitis, effreni studiorum hic impete lati;
Ut Protoctitas in regno, aulâ, urbe tenentes;
Judicium sic, & leges, & jura feratis ;
Non satis est regi te proximum , & esse secundum ;
Non satis est numos & opes cumulae superbas ,
Non satis immensam molem edificare domorum ,
Quæ nubi, atq; ipsi minitantur acumine calo ,
Tot villas & agros, quantum nec milibus aberret.
Vita summa brevis, bab ! quam cito preterit hujus !
Quondam alius judex aderit , qui in nube serenâ .
Dicere jus veniet , qui te compellat & omnes :
Vita & factorum rationem redde tuorum.

Non jam Asclepiades memoro, Archigeniq; nepotes ;
Atq; illos qui soli impune homicidia patrent ,
Insuper accipiunt numos & munera, quorū
Terra errata tegit, successusq; intuitur Sol.
Cum morbum Themison superat, soli arrogat artus
Ipse sive laudem. Sed cum superatur ab illo,
Insimulat morbum, fatumq; potentius arte .
Quos inter quondam cum lis , Themidosq; peritos
Orta foret, que turba aliam præcederet ; illam
Judicio astutus Prætor sollerte diremit .
Quarebat, quis mos feret, atq; quis erdo , latronet

Quam

Quando ad supplicium ducuntur; utrumne sequatur
Præcedatve, latrone, an tortor? Praire latronem
Carmissemq; sequi, responsum est. Ergo præbit
Baldus, ait prætor, post hunc Abicenna sequatur.
Sed mitto hos, quos nempe gulæ luxusq; flagellum
Proœdia cura Dei immisit. Nempe unde pericli
Plus sepe ægrotis, quam à morbis imminet ipsis.

Hei mi aliquis dicat. Num ignoras tute te ipsum?
Atq; hos, qui ingenuas artes, Sophiamq; professi,
Virtutem, & mores crebrò sermone fatigant
Interea sibunt tumidi, insulsi, atq; superbi,
Obstreperi, audaces, vani, indocti, in-q;- pudentes,
Quorum ignava opera est, sententiag; Hercule digna;
Et qui longè aliud sibunt, aliudq; loquuntur.
Hec equidem ignorans & stultus, & improbus esse me.
Frustra alios carpit melior ipse reprensis,
Et male loripedem ridet qui claudicat ipse.
Hei mibi de integro campi panduntur aperti,
Ut merito addubitem, quæ prima aut ultima promam.
Quorum si mi animus centenam eboldere partem
Desicerent mi horæ, atq; dies, & mensis, & annus.
Quid te scire opus est, quæ operâ prestare recusas?
Quid te scire jubat tot tanta scientia & artis?
Si nihil in melius tot reruna proficis usu?
G R A M M A T I C I errores memorant patientis Ulysses;
Atq; ipsi in vita & factis rationis aberrant
A regione procul, quantum Orcus ab æthere distat.
Quid L O G I C O magic est alegon, cum tempore vita
Quæ sit Judicium, quæ Inventio parte locanda;
Quæ, quotuplex Methodus, querit, deg; ordine rerum;
Judicio ipse carens, quānam Methodo, ordinęq; ipsa;
Invenienda sit mortalis Regula vita?

Feffino

Festino ad reliquos, & transfo R H E T O R A S illas,
Quorum vita aliud monstrat, quam sermo recepit.
Qui de virtute, & Sophia cum more locuti
Socratis aut Senecarum, imitantur Sardanapalos.
Mitto & Arithmeticos, qui calcar avaritie addunt,
Et calcum & digitos, numeroq; carentis arenæ
Neverunt numeros, tamen haud numerare possunt,
Quantulum id est, quo Natura, & ratio ipsa quiescit,
Dummodo sacra famæ non major ventre sit ipso.
Quid memorem Harmonias qui vocum, artemq; sonorans
Concinnare sciure, quorum affectus ratioq;
Discrepat, Harmoniamq; bonorum offendit, & auros.
Quid te porro juvat Geometram illâ arte profundâ
Metiri terras & agros, cum dividere aquæ
Non possis cum fratre tuo, atq; nepote propinquo.
Non jam Alogos memor astrologos turbamq; magorum
Qui insani oœḡ Galves et; Metew Cœḡ youv̄
Ignari illorum ante pedes que, oculosq; geruntur.
Hei ! stolidi Phætoniades, Icarieq; ruina !
Fata tamen ventura canunt, casusq; futuros
Promittunt, quasi suppleturi oracula Delphis.
Nimirum Astrologus quantum metitur, in ortu
Quando, atq; occasu distantia computat astra,
Astrologus tantum mentitur : Idemq; quod olim
Ille sagittarius patitur, qui quando feriret
Nil minus atq; scopum : Scopum ad hunc mox proximus adstat
Diogenes : natus haud se alio magis esse loco ullo,
Atque isto tutum. Voto magè proximus esse
Nemo potest, quam quo magè quis dissentit ab ipsis
Affanijs, apinis, & somnis Astralogorum.
At nos sic Sophiam dum operâ tractamus inani,
Inque superficie barentes dum vile putamur.

Sectio.

Sed amur stolidi, nucleusq; relinquimus ipsum,
Obrepit tandem nostris, heu! debita seclis
Horrida barbaries, q;e dilusq; instar inundans
Imminet, & lingas, artesq;, & doela Lycea.
Obruet & Sophian procul hinc, procul inde fugabit.
Quis vetat, & prohibet nostrum? dum publica nemo
Curat, & intendit privata in commoda quibus
Hesperidum ut serpens, & Custos velleris aurei.
Mox profugos Sophia, Themidos, pietatis alumnos
Cernimus hinc, q; sondam castis habitata Camenae
Palladia, impuris habitanda relinquere porcis.
Et quia Babaria copta est mihi mentio, caussas
Si faciat & placidi rationem admittit, edam.
Thebanus quandam ille Crates dicebat, in urbem
Si veniat Graecam, laterum se viribus, alta
Voce sonaturum loco in editiore receptum:
Prob superi! O cives, que vos dementia caput?
Siccine opum vos cura, & sollicitudo fatigat?
Nempe relinquatis magna ut patrimonia quandam.
Post genitis: horum quibus illa relinquitis, ulla
Non vos cura tenet! Non scilicet ulla parentis
Vilior est natus, nec item res ulla minoris
Constat patri, quam filius. Aspice quantis
Impensis constet moles immensa domorum,
Tot villae, tot agri, silvae, piscina, caballi,
Aurige, venatores, centumq; molesti.
Quis inter sumptus unum bix octo Quirites
Pascere sufficiunt patres quandoq; magistrum,
Qui totidem pueris donec lux occidat, inde a
Lucifero inculcat quid Beta quid Alpha, labore
Quo Alcides stabulum Augie parvagerat olim,
Dolia quo Danai complent pertusa puelle.

B

Quod

Quoq; adeo Aeolidem saxum griseo Sisyphos urges.
Horresco referens : Pueri trimi atq; quadrimi
In glacie & nimbis ludunt, fluvijsq; latitantur,
Per plateas, fora, compita, templa, & quaeq; locorum
Palantes ut oves nullo custode pererrant;
Et citius discint quam lingue elementa Latine
Vita elementa male, quid abaritia, ira, libido,
Alea, & ebrietas, inq; altum immersere ventrem,
Agros, atq; domos, patrum male parti, magistræ
Matreg; per terram jurare, per aethera, & oricum,
Per sanguen, meritum, mortem, per Guinera Christi
Per Solis radios, trepidandaq; fulmina cœli,
Diris, que Galeant confundere Tartara cœlo,
Et vel Solis equis retro convertere, diris.
Atrea queis olim deobit cena Thyestes.
Major erit cura interea canis atq; caballi,
Atq; columbarium gallinarumq; parenti,
Imprimisq; suis, gremio quem sepe foberet,
Deliciaq; vocare suas, & peccere cernas
Deliras betulas, securing; includere crypta
Communi, mendicatum unde extruditur infans
Per pluviam, glaciem, atq; nubes, per frigus & aestuiss
Intolerabilibus qui implens ululatibus edes,
Et matrem, & porcos collecto pane saginat:
Atq; suem binas unum quandeq; sequentes
Ad portam famulas, dum pastum educit Hyoptas,
Conductus quanti puerorum mille magister,
Filius interea stullo custode vagatur.

Hei, quam difficile est dediscere, quod semel infans
Parbus adhuc didicisti! Inbutus cui prius ater
Est color, huic alium nequis incoquere inde coloremis.
His fundamentis jactis Elementa malorum

Cuma

Cum bene perdidicere, Scholis mittuntur, ibidem.
Quatuor ut discant quidnam Alpha & Beta sit annis;
Mox clementa eadem totidem conjungere. deinde
Quid nomen siet, & quid declinatio, casus,
Et genus, & species, tempus, persona, figura,
Et modus & numerus: Cum anni bis quinq[ue] peracti:
Inde loqui demum incipiunt, cum jam hispida barba
Maxillas onerat. Sic aurea labitur etas
Tristibus in rugis, quas vel nescire virorum
Doctorum esse putas. Quas dum didicere, vel octo,
Romanosq[ue] pares potuissent discere linguis.
Quere agendum ex Titio jam grandi, matre magistra
Et ludo, & qui usu didicit cum aequalibus olim.
Recte & rite loqui linguâ, & sermone paterno:
Nam cur sic loqueris? Phrasos quenam est ratio hujus?
Cujus & hoc generis verbum est, & temporis illud?
Quid me insane rogas? regeret peculante cachinno,
Sic vicinia tota, pater, materq[ue] loquuntur.
Tu rationem inquire, unus mihi sufficit usus.
O stupor! Ergo prius rationem insane requires
A puero, cur sic, cur recte & rite loquatur,
Quam quidquam sciat ipse loqui, vocabulaq[ue] artie
Hunc poscis, nondum qui scit vocabula rerum.
Repentem puerum manibus pedibusq[ue] biennem,
Si cupias docuisse erecto incedere tali,
Et prius imponas concretum in frigore flumen,
Lubrica testa viros ubi sternit sape valentes;
Insuper è ferro huic quoq[ue] Mercurialia fulcræ
Adstringas pedibus. Nempe in glacie ante solare
Ut discat, terra quam recto insistere tali;
Imo etiam jubeas male fultum incedere grallis:
Vel tibi præsigni vitam invisam esse, vel urnâ

Purgandum Ellebori te omnis vicinia clamet.
Tu tribus Anticyris longè mage dignus es. ipse,
Indisusq; bonis studijs, etatisq; aurea
Prodigus, heu! vero cito que flore peribit:
Quando doces puerum quater annis quinq; quod elime
Judicio major bel nescire addisceret uno,
Inverso & miserè perturbato ordine rerum:
Et Criticos demens estate hac exigis illos,
Flectere qui linguam nondum omni dent e renato
Rite queunt, Socemq; aliquam efformare decenter.
His adde armatum virgarum fasce magistrum,
Carnificem, Caligas & semper solle, sonantes;
Quem ut Phalarim trepidat, quem ceu Busridis aram,
Atq; Syracusium formidat utrumq; tyrannum
Infans parvus adhuc, titubet si in hoc bel unā,
Dum genus, aut numerum, aut tempus, speciemq; rogatur.
Nempe quibus major non contigit illa voluptas,
Quam secat mastige natu, virgisq; cruentas
Cernere, glutoblepā spēcū acula digrīa tyranno.
At non ingenuas artes sī discere fas est
Ingenuos pueros, vox & ratio ipsa reclamat.
Serbitq; impatiens mox, atq; tyrannidis hujus,
Quo quisq; ingenio magè liber, & indeole celsus,
Carnificemq; magistrum, & ludum carnificinam
Odit & exhorret rabido cane pejus & angue,
Pejus quam agna lupum, quam pullusq; accipitrem odit,
Atq; crucem Sathanas: Patriamq; patremq; relinquit
Mox vagus, ac profugus mala plurima dicit, ad omne
Excellens natu studium, atq; opera omnia honesta
Immenso, heu! damno, jacturā, & clade bonorum,
Publica quod res ipsa, urbesq; & regna gemiscant.
Atqui sic proavis visum est sapientibus, Inde

DG 100

Discendi ratio hac , & precepta illa relicta ;
Et nos his pueri imbuti sumus artibus olim.
Disce : sed ante cadat naso indignatio , & ira .
Dum veteres avias abigo , & meliora require .
Si veterum precepta patrum , & prisca omnia semper
Optima , cur etiam Despautery Ninibita
Non revocas Gripbos , plexasq; enigmatis tricas ,
Et pueri annorum cum jam bis qualuor inquis ?
C. junges a, vel e, D. vult I. sola praeesse ?
Et Go si sum dat , per Etum gi , xig; supinat .
Nam quotus Oedipodum Sphingem hanc absolvere possit ?
Quis nostrum , aut Senior cæcum hoc enigma resolvat ?
Et tamen bis pueros olim intricare solebant
Majores , quorum miraris tute stuporem ,
Ipse tui oblitus , quem non minor hoc stupor urget ,
Quando per ambages , anfractus , & labirynt bos ,
Circuitus , gyros , perq; in via , & aspra viarum
Ducis eò , via quo recta & planissima strata est .
Gallicam & Italica linguis , quarum utraq; certe
Ardua Germano non est minus atq; Latina ,
Missus eo rudis hinc puer , an non sepè trienni
Exactè addiscat spacio , non arte , sed usu ,
Qui facit artifices , cunctorum nempe Magister .
Cur totidem annorum spatio non discimus usu
Depositis ijsdem medijs , atq; ordine recto ,
Que non Germanis magis ardua utrāq; , Latinam ,
Græcam , atq; Hebream , illorum , de Nominе Jesu
Adverso qui nomen habent , exempla secutο .
Quando docent pueros divina scientia & Artis ,
Natura miracla , & precepta aurea morum ,
Cum didicere loqui dudum Græcè atq; Latine ,
Estate hanc , quā nos quoniam declinatio , casus ,

Querimur, & cæcī tenebris involvimus atria.
Quas quoties repeto, memoriq; recolligo mente.
Quanti constiterit lingue mihi sermo Latine,
Concūtior toties, penitusq; horresco medullis.
At mihi si qua fides minor est (accedere quando
Indignum atq; nefas ducunt, & turpe minori)
Hisce fidem facient hostes fidei, atq; Suite,
Quando suos pueros sua per compendia ducunt
Quo nos vix juvenes penetrare viri, queamus.
Nempe quibus quondam illa Melanchtonis atq; Lutkeris
Miranda ignei, & ætherei dia ingenij vis
Segnitiem studiorum, & sita excusit inertem:
Postgenitis nobis pigris solidisq; sicissim
Securum excutient oculis somnum atq; Eternum.
Hoc agite, o Proceres! & tanto occurrit damno.
Hinc etenim subiit, quod Grammaticis ubi nugis
Annos etatis giginti attribimus aurea,
Et vix singultim titubando verba Latina.
Rite decem loquimur, cum infet maturior etas,
Et pena exhausta est: non linguam discat Hebraeam,
Non Graciam quisquam. Grecam unde à fonte perenni
Profluit exundans ars & Sapientia diua.
Mox ergo illoris manibus pedibusq; profanus,
Non fundamentis iactis, nullo ordine, nullo
Fine & proposio sacra ad cœlestia fertur,
Ad iura & leges, doctasq; Machaonis artes,
Vel causas rerum scrutatur, & aurea morum,
Et sita humanae præcepta, horumq; Magistros,
Disputat, & magno contendit sociis hiatu,
De his cunctis prius, atq; horum fundamina prima
Vel leviter ponat: libet primisse labellis,
Verba decemq; queat recte proferre Latinæ.

Uita

Uicq; magis stupeas , multos recordia pellit
Huc preceptorum : Studiorum à transite dextro
Qos cæci abripiunt transversum, opicq; magistri ,
Privato dum inhiant lucro , neg; publica curant.
Cum fieri hæc cernas, querisne unde ingruat illa .
Barbaries, om̄sa bæc Sophiae ignorantia, & ingens
Ille stupor , fulgo quo vix discernimur, unde
In linguis beniat fatua hæc sartago loquendi .
Hinc jam olim ut missa est cuiusdam in principis aulae,
De magnis rerum momentis ardua traillans ,
Romani casti & sermonis Epistola puri ,
Vix tot torquatos inter , qui fronte Catones
Promielunt, grande eloquij Ciceronis acumen ,
Varrones, Senecas, atq; ingenium acre Platonis ,
Inventus quisquam , qui respondere sit ausus ,
O factum indignum, & nostro lacrumabile saeclo !
Hæc doleo, & quis non mecum bonus hæc dolet ? Hisce
Innumeræ alias poteram subjungere cassas
Barbarie, pariter discentes atq; docentes .
O utinam nostrum cuiq; æquè publica cordi
Ac privata forent ! ò si mens conscientia cuiq;
Dicaret, quo sacramento omnes teneamur
Palladio huic sacro , & tenero Giridig; Roseto !
Et quam immane scelus sit negligisse juuentam ,
Quæ fidei commissa tue, quæ flore peribit
Æstivo citius , cuijamjam senior etas
Imminet , & studijs non utilis agra senectus .
Nimirum altius hæc Academia litore Balbae
Exsereret generosa caput, solitoq; triumpho
Vicinas superans , fama transcederet Alpes .
O utinam eximijs studijs operata Juventus
Hoc ageret, quantumq; nefas sit perdere tempus ,

B 4

Quæ

Quo res humanas nihil est pretiosius inter,
Quod sicut atq; perit celeri velocius amne,
Et rapidis ventis, animis expanderet imis:
Et bene ducentes sequeretur rite, nec arcem
Divine Sophie jam se penetrasse putaret,
Cum fix in primo versatur limine i pestis
Et noceat quantum studijs Persuasto cœca.
Disceret, atq; animæ culturæ incumberet uni.
Cum non ingenij cuiquam vis ignea desit,
Atq; animi robur cœlestis, quod ardua cuncta
Exsuperet facile, ingenio nec cesserit ulli:
Doctrinæ eximij, clarij scientiæ & arte,
Cordatiq; viri tempius regniscj, regendis
Nonjam, quorum ebeu penuria quanta! decessere.
Vos ergo o proceres quorum commissa juventus
Cura est & fidei, castæq; ha Palladis arces,
Hoc agite, & quanti quanti huic incumbite cure
Ne Respublica nostra, atq; hec Academia damni
Quid capiat, Spartamq; oblatam ornate, nec inde
Lucrum aut ambitio quemquam deturbet honorum.
Muneris hoc nostri est, cui nostrum quisq; tenetur
Sacramento isto, quod qui violaverit, ille
Æternæ accersit sibi vitæ animaq; pericla.
Tu quoq; casta cohors juvenum studiosa juventus,
Dum tibi prima viget fugitivi temporis atas,
Flos vitæ humanae, & ver non revocabilis ævi,
Itere, & immorere studijs, & rebus honestis.
Atq; ea disce puer juvensq; viatica cano
Quis tibi fida pares, claro præente magistro:
Finem animo certum statuas tibi, quo tua dicta
Et facta & studia aspiciant, ne more vageris
Corporum, atq; carnis cynosurâ & pixide in undis

Aequa-

*A*equoris, absq; tuo portu jacteris aurâ.
Certa etiam media optatam pertingere metam
Ut possis speculare tibi, atq; opus H O C A G E, Surge,
Crastina vita nimis sera est, hodie IN C I P E tandem,
Auxilium à superis capto non dêrit honesto.
Pone manu cyathos, oleumq; infunde lucernis,
Et Sophiae in somnis studiosè eovolve magistros,
Et cedris digna eternis monumenta Sophorum,
Os quibus & linguam, vitamq;, atq; ima profundâ
Pectoris expolias doctrinâ, & moribus aureis,
Doctior in patriam ut possis, meliorq; reverti,
Unde Deo grata, humanæq; salubria vita
Dicas & facias, bene de patriâ atq; teipso,
& bene de cunctis, diutis, factisq; merendo.



Jn.

In Pestes Academiarum
Recitata in Renunciatione
RECTORIS

Anno 1615. 4. Mai.

Antigonum regem cum quondam purpura & auro
Gemmisq; ornatum, & rutilo Diadema cinctum
Commendasset anus regali hac sorte beatum,
Respondisse ferunt: O Mater, si bene noſſes
Cento levis pannū hic, quo me mirare beatum,
(Detractum capiti monstrans Diadema) Malorum
Quo cuneo & cumulo plenus foret, atque gerentem
Pondere quo premeret, quāq; ipsum mole gravaret
Impositum capiti, bix illum tollere velles
Abiectum in trīgys immundo ſterco, fēdīc:
O noſtræ proceres magni clarique Rhodanthe
Et juvenes Rosei generosa corona Lycei,
Sit mihi fas magnis contendere parba, Potenti
Quod Macedo gessit contendere ſceptra puſilla bee.
Quā modo quod ſubij curti ſemestrī bonorem
Quāmvis, ſi mihi ob hoc infelicissimus inter
Nos omnes videar, quot ſacra bac jungimur æde
Mentiar haud quidquam. Jam bis mihi munera bujua
Delicias gaſtare datum eſt, quibus uncia parba
Si mellis mixta eſt, aloës ac fellis amari
Affe ſerè toto plenâ tibi fauce deunce,
Pocla bibenda ferent. Quæ non niſi ſtultus & excars,
Et nimis ipſe ſui ſibi prodigus expetat ultro.
Credere ſit mihi fas, quippe explorata loquenti:
Quæ quoties repeto, vel iniquâ mente reſolue
Concūtior toties penitusq; exhorreo fibris.
Belua cum in ſoveam ſemel incidiſ, atq; ibi diram

Passa famem atq; sicim , plagaq; & vulnra , tandem
Cum semel elapsa est ruptis violenta catenis
Libera jam à vincis , nunquam reddit improba eodem.
Nempe ego idem in pelagus post intervalla rebulbor,
Et vice jam ternā rursum mihi naufragia saxa ,
Rursus Scylla rapax & trux tentanda Charybdis ,
Nave nimis fragili & vastum maris aquor arandum
Fluctibus & scopulis misi formidabile & undis ,
Et trucibus, quet vix ingens ferat Africa, monstros.

Jamq; arumnarum satis est , graviumq; laborum
Cursuro in studio hoc mihi ab omni parte paratum
Taliq; unde olim bates non ultimus inter
Nectaris imbre sui cui Leucoris alma rigarat
Labra Venus, nomeng; Viro dedit ipsa columba
Pralustris Rector gereret cum sceptra Lycei.
Albidos ad ripas, Academicus audijt Hercules.

Et tamen Alcides, si Gracia bona , trabalia
Robore qui nodi, formidandisq; lacertis
In mundo passim portentis & monstra subegit.
Stare duos contra, atq; impar pugnare duobus
Unus erat, Cancroque simul congressus & Hydræ
Cum à dextra & leva premeretur parte nepotis
Implorans opes Jolai , adjutus ab illo
Ottipedemq; feram, & capitum bis quinq; tremendum
Confecit monstrum nodose robore clavae.

At quis ego Alcides qui par sim pluribus unus,
Clava tot adversis aut qua satis una domandis ?
Pugna manus nimis invalida est unius , & unus
Vie quod sit nullus & ir prisca Paroemia dicit.
Est mutilum corpus cui non sua dextera leva
Jungitur , aut pede quod malè fultum claudicat uno.
Et mihi quid fiet gravium tot mole laborum

Si

Si premar, unus ego mibi si solusq; relinquar.
Hei mibi! quos risus, ludibria qualia, quantos
Debeam ego Empætis petulanti splene cachinnos.

At bene habet, licet improbitas sua cornua passim
Erigat, & domito sibi figat in orbe trophyum,
Nostrum etiam invadat Lerne velut Hydra paludis
Belua tot capitum tot cornibus aspra Lyceum,
Pugnandum contra est. Qui nos & nostra tuetur
Viribus hanc superat, contrariag; omnia sternet.
Cui quoniam visum est humeris imponere nostris
Invalidis humeris hoc tam grave ponderis agmen,
Sufficiet vires oneri huic, animumq; ferendo.

Tu quoque Concilij nostri sacer ordo Senatus
Eusebie, Eunomie, Panacee, & Palladis alma
Qui studijs vobis decus immortale parastis
Doctrina & pietate Viri, & Virtute celebres,
Et quorum totes prudentia, & inclita virtus,
Et sincera fides duplicitis non conscientia fraudis
Explorata mihi dubijs in rebus agendis,
Imperio quorum m̄ onus hoc semestris honoris
Impositum haud ullo licuit ratione modog;
Detrectare mihi, cunctis in partibus hujus
Officij, quoties opus est ope vindice vestra,
Præsto eritis, pluresq; adeò hos non ultimus inter,
Quem decorat juris Romani gloria, & illa,
Vitrix fortuna Prudentia, & inclita Virtus,
Ingenio, Eloquio, doctrina, ope consiliorum
Et virtutum opibus vir prestantissime, THOMA
LINDEMANN tuo merito mihi semper amate,
Comptater & collega, & porr̄ semper amande,
Quem more antiquo nostri mihi cura Senatus
Provida majorum exemplo conjunxit, ut sis

Dicit-

Dicitator, Conserg aliquis communis, & omnium
Inspector studiorum, ut si qui exorbitet, illum
Rectorem, ipsum etiam qui cogat in ordinem, & illi
Consiliorum opibus sit presto. Iolaus ut alter
Herculi erat, velut Alcides quidem alter Atlanti,
Occurrunt quoties virtiorum monstra domanda,
Sarcina seu gravior quasi cœli onerosior axis
Cervicem incurvabit humo, jam jamq; labant
Opponat qui humeros, & sit velut alter & idem.
De cuius quanquam penitus candore fideq;
Non dubito, sortem quod mecum aditurus utramq;
Seu truce, seu leta nos fronte adspicerit illa;
Oro tamen cathedram hanc accedere ne qua graveris,
Porrectaq; mibi, Germano ut more receptum est,
Et fieri fas est, eadem promittere dextram.

Vos etiam à pedibus qui Academie adeatis, & inde
Cursores dicti, communes nempe ministri,
Quos laudanda fides commissa arcana tacendi,
Secretiq; tenax custos, sanctissima virtus
Noscia que frangi pretio ullo, ullog; favore,
Gnavaq; sedulitas commissa negotia si qua,
Impatiensq; mora decet obsequiosa voluntas:
Huc etiam ad me inferte gradus, & mente manuq;
Obsequiumq; fidemq; mihi promittite in illis,
Quae ratio officij imponit vobisq; michiq;
Quae dare jussa mihi, vobisq; capessere fas est.

Hattenus hæc. Nam quid porro me postulet hujus
Temporis atq; loci ratio cognoscitis omnes,
Auribus atq; animis o augustinissima vestris
Concio, dignum aliquid, quali quondam ille Chytratus
Ille hujus Phœnix Academie, & illa Simonis
Pauli ardens zeli pietas, scelerumq; flagellum

Schacko

Sebaechius, & prudens vehementia Backmeisteri
Hec latera AuditorI, has pulpitam scannag quondam
Divinito eloquy docuit resonare suadet
Tale quis expectet de me? Facundia prorsa
Dædala nata patrum Demosthenis ac Ciceronis
Cui nunquam blandis nascenti adrisit ocellis,
A cuius me adytis verecundia terruit infans,
Quæ non degenerem quanquam ignavumq; clientem
Aversata temer semper. Cui carminis olim
Quantulus ille fuit jam dudum defuit usus,
Dum me devoeo studijs melioribus, atq;
Musa Vale dicens, cum Helicone, & Apolline tote,
Sæcta Palestina per agro nitidissima Tempe,
Et loca que induitus mortales Filius artus
Ille Dei terris pedibus per agrabit in illis
Fæderis illa Nobi meditando oracula sacra.
Inde sit ut spernens Musas, & pretus ab illis
Communi sericam jam carmen vile monetâ.
Qualia nunc edunt quorumjam tempora cingunt
Ingenij largitores, artisq; magistri
Nempe Palatini Comites, pariter licet illi
Non ad Rhenum omnes, non præses Apollo Braubeutes
Daphne ex merito frundis decorabit honore.

Interea liceat ceptum hoc disperdere carmen.
Inviso quanquam Phœbo, aversisq; Camenis.
Carmen, quale mihi quondam melioribus annis
Dictarunt faciles Muse, & tum cultus Apollo,
Pulpitam quod quondam hæc resonarunt conscientia, Carmen
Quo male doctorum mores vitamq; notabam,
Et nostri scelerum pertenta immania secli
Hercule digna novo, & clava, exuviasq; leonis,
Et tibi imbuta Lternæ ultrice sagittæ.

Nem-

Nempe diu hac desueta iterum nunc arma capessō,
Atq; tot annorum post interalla resumo.
O si opus hunc gladium nunquam mihi stringere, & ille
Æternū in tbera pereat rubrigina totus!
Nemo bonus bestrum caperet frontem unde serenam..
Sed quid agam aspiciens qua bruta & saxa querantur
Si taceant homines? Neḡ enim decrescere nostro
Aut inhibere nocens, quo turgat plena, venenum
Censenda Impietas, quasi reddit a mitior abo.
Pejor atas nostrorum facta parentum
Nos tulit improbitate & nequitia, atq; malorum
Pejores studio superantes saecula priora.
Simplicitate Patriū longe post terga relicta.
Nostrag progenies nobis vitiosior olim
Natorum natos, mundi modo machina stabit;
Vincere nequitiam nostram improbitate videbit:
Ordine scilicet hoc volvuntur facula mundi
Paulatim in pejus retro ut sublapsa ferantur,
Omnia post meliora ut deteriora sequantur.
Dum tandem impietas inferni immanis Erinnys
Transmutet paulatim homines non impia Circe
Ut quondam in porcos socios mutavit Ulyssis
Verum incarnatos in diros Demonas Orci,
Nil hominis reliqui quibus est, nisi vultus & oris
Effigies; at mens stygij est truculenta Draconis.
Scilicet his jam terra ferax, jam terra ferox est;
Et quales nostra hac jam fertilis educat atas
Inferni paleas, quas mox aboleverit igni
Æterno iudex jam jam venturus, & unam
Vix fidei unciam toto inventurus in orbe.
Quale tulit monstrum Cacodemone tetrius ipso
Monstrorum genetrix nostra hac lacrumabilis atas

Scoppia

Scobbiadē, Latij qui Cerberus AntiChristi
Ante fores Erebi ferus hactenus excubat, At nunc
Et sceptrum, & solium, & regnum affectare profundē
Fertur, & è solio Regem turbasse silentum,
Luciferiq; sui jam factus Lucifer alter.
Cui Furiarum Erebi, fraudumq; exercitus ingens,
Mendacī, maledictorum, atq; caluniae atrocis
Et Furiarum Erebi tot turme, totq; cohortes
Tanta instructae acie, quantam non milvus oberret
Et cui nunc uni vel totus militat Orcus.
Et quando uberior vitiorum copia, quando
Justior oblata est cuiquam ulla etate querela.
Sive oculorum aciem cupiam illo intendere, cuius
Sceptra mihi exigui modo sunt concredita regni,
Ædibus in nostris que recta & prava gerantur,
Sive & in illa foris que sunt, & cernimus extra.
Nempe se ubiq; mibi dicturo uberrima pandit
Copia, ut addubitem que prima aut ultima carpam.
Interea vestrā liceat quod pace bonorum,
Delibare mihi, que sunt lebiora, quibus, cetero
Pestibus internis jam nostra Academia languet.
Quem licet haud fugiat, quem nil querimonia vana
Profit, ubi interea sit quicquid cuiq; libido
Suggerit, & quo quemq; suis & capit impetus ardens,
Castigare tamen saltem vitia improba verbis
Quæ factō in melius mutare & selectere pœnis
Non nostri arbitrij est, semper laudanda honorum
Consuetudo fuit, Quæis turpe probare sideri
Damnandis præstent si muta silentia rebus,
Et que corde suo culpant, non ore fateri.
Atq; utinam saltem verbis impunè liceret
Dicere, quod factis aliorum impunè peractum est.

Scilicet

Seilicet hoc sæclo nunc, ehen! situr, in quo
Sunt verbis veris majora parata pericla
Vita aliorum & facta quibus sermone notantur,
Quam vitijs ipsiis hominum, factisq; pudendis.

Quels tamen internis vitijs miseranda laboret
Cor quibus & fibras depascitur atq; medullas
Jam ferè agens animam, morti vicina, Rhodanthe bac
Floribus atq; rosis qua formosissima quondam
Proxima quaq; sui grato perfudit odore,
Eloquar an fileam? Certe proprorabo fateri,
Nec timor obstabit, nec amor, nec gratia, sed nea
Ipse mibi paream, inveniar si forsan eodem
Communi in vitio. Doleo indignorq; quod atra
Eumenidum soboles, Erebi discordia alumna
Hostis ubiq; bonis, hortatrix dira malorum
Omnia perturbans passim gravetetur in illa,
Horum animos etiam studia in contraria scindens
Quos unius amor Christi, quos religio una,
Una fides meritis confusa unius Iesu,
Diviniq; adeo quos una professio verbi,
Uno etiam aeterno debebant necesse vincere.
O Quam immane nefas fraternum rumpere fædus
Mortales inter quod dextra fidesq; ligavit.
Longè immanius hoc, quod in uno corpore Christi
Junctum erat, & coij tam sancti fædere nexus.
Quo nobis mentes rectè que stare solebant
Ante bac, dementi jam se flexere ruinâ?
Nempe etate suâ nostri fixere parentes
Longè aliter, mater Concordia diva bonorum
Contra hostes Christi externos quos junxit, & uno
Glutine sinceri in Christo sociabili amoris.
Jam Cadma velut proles satadente Dracoris

Cedimus inḡ vicem prebemus crura sagittis,
Visceraq; in propria prop̄e jam convertimus armā.
Sive ego, sive alius culpe sit conscius hujus
Judicis alterius fuerit decidere, cuius
Haud quaquam arbitrium sincerum aquumq; recusem.
At quanto satius solius ad omnia laudes
Direxisse Dei, atq; suam fratrumq; salutem;
Bonag; si qua Dei, que non nisi contulit ille
Cuīq; ad mensuram templisq; Scholisq; juvandis
Verā animi pietate etiam convertere eodem;
Glorioke quām si propriæ quis serbiat uni,
Aut placido in pelago tempestatem excitet atrams;
Atque per alterus belit emerſisse ruinas.
Quod si omnino tamen fera concilametur ad armā;
Et penitus nequeat Gagini claudier ensis
Externos potius ferrum distingere in hostes
Qui nostris gladiis jugulis meditantur & enses,
Et nostram sitiunt cedem, tepidumq; eruorem.
Quin veteres artes, antiquam Homonœan, & illatae
Subnixam solido feri fundamine amoris,
Suspicio exsulet unde, bonisq; exosa similitas,
Atq; amor ille sui, qui Christi expellit amorem,
Auspicio superum dias in lumineis auris
In linguam, inḡ animum penitus rebocamus, & illud
Vindice quo verbo nostra bac Academia quondam
Illustris generosa Rosarum erexit honores,
Atq; una ante alias latè caput extulit inter.

Huc alia accedit nostrī hujus dira Lycēi
Pestis & atra lues, & sebor illa priori,
Non pars em infestans, sed totum corpus, & illud
Jam luē mortiferā beluti Lilitina peragrans,
Horrida Barbaries cataclismi jam instar inundans

Omnis.

Dinnia. Et hæc utinam finuose ad litora Baltica
Ad Varni hos Roseos latices Academica templa,
Una & sola trucis veluti torrentibus undis
Diluvij, immensis traherentur fluctibus bujas.
At nunc illa lues Pestis Pandemia adinstar
Teutoniae in tota prælustres Palladis arces
Inficit, atq; suæ lue pestiferæ inficit omnes,
Hanc nostram imprimis, que alias quondam inter in auro
Ceu gemma emicuit, velut inter Luna minores
Effulget stellas, cæli radiantiaq; astra.
Hanc jam eadem caligo premit fera barbarie,
Linguarum caligo trium, quæ interprete trigæ,
Nobiscum Sacrosancta Trias in fidere utroq;
Nobiscum Patres, Moses, sanctiq; Prophetæ,
Et carnem induitus nostram Servator Jesus
Æterno genitore satus, sancto ore loquuntur,
Discipuliq; ejus, quos totum misit in orbem:
Et Graja & Latie quicquid Sapientia lingue
Prodidit, inventrix cunctarum Diæ bonarum
Artium, & expultrix bruta feritatis, & omnis
Barbarie domitrix, sitæ humanie illa Magistra.
Linguarum hoc cultu hæc Academia floruit olim;
Scilicet hæc quondam fuit illa Corona Rhodanthes;
Nomine dignæ suo, quo equalibus antestabat.
Jam laceras laniata comas, passisq; capillis
Ad terram prostrata jacens, vicinaq; letho
Ad cœlum tendens ardentia lumina frustra;
Lumina, cum teneras constringant vincula palmas;
Auxilium implorans Superum, sed vindice nullo.
Quam feritas jam bruta premit, cui barbara Erinnys
Imposito pede colla premit, calcetq; jacenti.
Unde tamen monstrum hoc, vel quo de fonte requiras?

63

Unde

Unde hec Barbaries patre quo , quā matre profecta est ?
Si vacat , & placidē rationem admittitis edam.
Haud solet ē miti fera Tigris nascier agnā,
Nunquam candidulae corbos genuera columbae.
Hec etiam agnoscit furiarum quarta parentem
Monstrum immane, informe, triceps, furiale, tremendum.
Si puerum aut juvenem sint fronte, sine auro & videres;
Si sine lingua aut ore senem ; si parturientem
Et quasi nitentem in partu sine prole puellam
Parvula adhuc que Virgo, & nil conceperit unquam:
Prodigium! exclames. Verūm hauid multū absimile bni est
Quotidie fieri quod cernimus, atq. dolemus.

O proceres ! censore opus est, an baruspice nobis.
Scilicet horreres, majoraq. monstra putares ;
Si mulier vitulum , vel si bos ederet agnum?
Certè huic par monstro est, quod nostris auris Ephebis
Fluxerit in linguis, quod nunc se postulet ille.
Audiri atq. loqui, quem multis nempe tacere
Fas erat, atq. audire senes iuvenilibus annis.
Scilicet hoc saeclo suggesta ac pulpita scandunt;
Sepe etiam adducti hic à preceptoribus ipsis,
Imberbes juvenes nondum omni dente renato,
Vix quibus in primo conspecta limine Musæ ;
Pulpita, designata viris , & debita mendam.
His quibus integritas morum , quels conscientia virtus;
Et doctrina gravi studio atque labore parunda
Ex merito cingit sperata tempora frunde.

Has simul imberbes juvenes tetigere cathedras,
Et semel excelsa conspecti in sede docentum,
Attollunt cristas, nihil ultra discere curant,
Et se jam in festes didicisse hoc rentur Ephebos
Quæ se olim ignorare viri q. senes q. delebunt.

Scilicet

Scilicet hoc illi cumbunt querere nunquam
Quod sejam invenisse putant, ubi opinio bana
Atq; infans stolidæ mentis præsumptio caca
Ventoſos juvenes animos implebit ut utres,
Doctrinæ ſolidæ aut ſane Sapientie ibidem
Non ſuper ullus erit locus. Hic quid diceret ergo
Vel quō non fugeret ſi nunc hæc monſtra videret
Pythagoras! annis qui quinq; tacere jubebat,
Amplius & toto präſtare silentia luſtro
Discipulos, etiam quorum mentum hifpida dudum
Veflierat lanugo. Ubi quos Ecbemythia tarda
Solverat, atq; uſum lingue confeſſerat illis
Aut q̄d eōe indulſit Gerecunda modetia tandem.

Noſtrā etate adolescentem Gerecundia prorsus
Deſtituit, juuenum ille decor, certiſſimus index
Virtutis, contraq; audacia ferrea frontem
Occupat huic, omnemq; abſtergit ab ore ruboreme.
Disputat & magno contendit vocis biatu,
Eximium decus ingenij ratus eſſe cuiq;
Fortiter aduersari, & contradicare cunctis.
Et quia jam imberbes ante Alpha & Beta docentur
Rixari, & perfricta alijs contendere fronte,
Inde minus mirum eſt tot rixarum omnia plena.
Jam pacem eſt toto proſligare undiq; mundo.
Inde fit ut Thesibus jam Academia perſtrepat omnis.
Queis pleni foruli, & tota ſunt Bibliotheca,
Et queis portandis Magelofe haud ſint ſatis octo.

Hocſe tamen partus quos ſummiſi nixibus alvi
Vel non conceptos Sophie congreſſibus unquant.,
Vel male maturos dum noſtra etate puelli
Aut etiam male ſuppoſtos nunc edere tentant
Mox obſetricantis opem ſibi chalcographi ydem

C 3

Con-

Conducunt, summos suscepторesq; Patronos.
Scilicet edendis ferent bis Chalcographorum.
Num omnes opere, locua & vix restat in illis
Christi Evangelio, quo solo scanditur aether.
Nempe harum jam nunc loca & auditoria cuncta hac.
Et sacre hec toties resonant clamoribus ades.
Nugarum affanys, quas priscā aetate Sophistae
Stulticia grabidi genuere, insomniaq; agri.
Tunc etiam instantis cum suadent tempora festi.
Paschalis ureditari agni celestia sacra, &
Sanguinei Christi meritum sudoris in horta.
Et nostros juvenes studium jam exercet id unum.
Nam summum penes hos jam nunc censetur, & ultra.
Scandere quod nequeas, quoq; altius ire negatum est,
Si postquam accessit nostro nobis incola regno
Vixq; pedem intulit hic, Academie & additus Albo e^c
Cornibus excussis, & curvo dente beani,
Vixq; Neoptolemo Pennalis cui inchoat annus,
Privatum penetret se in collegium, & illic
Disputet, & subito mera fulminet Entia, vel que
Materia, & forma, & qua sit privatio rerum,
Principia Utopici, agrotorum somnia, mundi.
Barbara formabit que monstra Scholastica turba,
Quaq; referre pudet, negfas est dicere versu,
Et que vel penitus nescire scientia summa est.
In quibus etatem penitus cum affixeris omnem.
Vix redimatur ijs ramentum sulphure tintum.
Que procul a nobis Patrum prudentior atas
Depulit, at nostri stupor & recordia sacli
Dottorum in linguas, Clariasq; in Palladis arces.
Barbariae obscuro prisca revocabit ab orco.
Hec preceptores videas cum infundere lippo.

Invenit

*Investi juventi, non est quod multa requiras
Unde nobis & vetera haec saeculi excrementa prioris,
Dedecora haec Latij, haec sermonis probra Latinis,
Unde sit haec miscella, unde haec sartago loquendi.
Venerit in linguis, purgatae hoc dedecus auris,
Est stomachum invertens haec nausea naris acutæ,
Quies nunc pribata exsultant collegia, & unde
Publica mox resonant subsellia, queis sibi plaudunt
Jam pueri, & titulis se amplis & honoribus urgent.*

*Jam stetit ad studium semestre hic noster Ephebus,
Jam veteranus in hac, & non levis ense palestrâ
Jam Thesum inscribit clypeo sua fortia facta,
Et fame adfigit velut immortalia templo.
Scilicet hic partus dias in luminis auras
Editur, & nullum Critici formidat acumen.
Patronorum oculos mulcens, animosq; suorum,
Quies horum applaudunt deliri opiciq; magistri,
Qui si secum habitent, heu! quam sibi curta supellex
Ædibus in proprijs, aut si repetantur ab illis
Scrinia Martiade, aut que submiserei Thrasandri
Nuda & inops mobeat cunctis cornicula risum.
Jam desiderio satis est votisq; parentum
Jamq; super factum, jam nunc doctissimus audit
Filius, & tisulis, que res non cara, superbit.
Sed qualis redit in patriam, tot millibus eris
Absuntis, postquam attrivit patrimonia tota,
Aureæ & etatis juvenilis perdidit annos
Aut in inutilibus studijs, queis templa Scholegj
Curiaq; haud unquam curto centuisse juventur:
Aut potius Bacchi in lustris, Venerisq; popinis,
Jam galeæ impatiens, atq; equoris, atq; ligonis.
Sic tandem miseri sua deniq; vota parentes*

Frustra esse, ac decepta vident, sero in-^q-gemiscunt,
Tot sumtus perisse sibi. Nam filius ipse
Consilij & rationis inops, atq; eris egenus
Stulta juventutie, cum senior occupat etas,
Et sibi jam sero vitam dolet esse reliquam.
Atq; utinam Sophie quos nomen amoris inane
Sollicitat, premeret dira culpe illa querela,
At nunc bac eadem veluti torrentibus undis
Communis vitij dira trahit orbita labis
Hos etiam, quibus est animus sublimis ad illa
Tendere, que supra nos sunt, alijq; preire
Semitam ad eternae cœlestia gaudia vite,
Nempe gregem Christi, & quondam sacra templa docere.
Grande opera pretium est expendere scilicet, unde
Hi sua tam sancti studij primordia ducant,
Et quibus auspicijs ad celum bac sacra ferantur.
Ædificare domum si quis velit, atq; columnas
E fragili ligno six paucas ponere curans
Ordine turbato, nullo fundamine nicias,
Protinus incipiat magni miracula tecti.
Scilicet è vario suggrundia marmore, & altè
Mox frontispicij fastigia celsa superbi,
Addat & aratas post omnia deniq; pinnas.
Amplissime auratum dubij ludibria venti.
Nam que fata domum hanc, heu non satis equa! manebunt?
Scilicet ut vastam trahat & prius illa ruinam,
Quam suprema manus, colophonq; addatur eidem.
Ædific ilius simili ratione modisque
Pleraq; jam sacris studijs operata juventus
Illa sui studij tam celsa palatia, cuius
Deserit omnia humi, columq; tuetur, acumen.
Incipit. A summo primū orsa cacumine tecti.

Scilicet

Scilicet hæc lingue vix fundamenta Latine
Prima Schole patriæ didicit, præunte Magistro,
Vix tria singultim conjungere verba. Sed illa
Ut primum celsas Academi accessit ad ares,
Mox infans vocalis erit. Non latte nutrirè
Se, sed adulorum solidam sibi postulat escam.
Diffutat atq; docet, sacra templi pulpita scandit,
Iamq; docet populum. Verbi mysteria sacri
Omnia jam nobis. Iam controversia nulla,
Hæresis & toto vix ulla innotuit orbi,
Cuncta refutabit, decidetq; omnia, nil est
Quo se horum Heroum græve non penetrarit acumen.
Euge! satis tuta es; jam his defensoribus orta
Nempe tibi lux est Ecclesia Solibus istis,
Nempe laboranti poterunt succurrere Luna.
O qualis facies, & quali digna tabellæ
Christi Ecclesie Atlas cui mentum glabrius obo?
Linguarum interea quanta ignorantia, qualis
Occupat horum animos Græca Hebraaq; sacrarum.
Græca, quâ sine qui titulum sibi poscere docti
Audeat, hoc faciat majori bandjure, sibi quâ
Diluere Helleborum si poscat curvis arator.
Scilicet opposens è quâ cum paucula verba
Obijceret quondam, Preses doctissimus i^s fit,
Hæc sunt Græca, Legi non possunt. Sed neq; debent,
Addidit hoc tali Respondens Preside dignus.
Hei mihi quo nostro sæculo hoc hæc lingua redacta est?
Cui matri ad surgens meliorq; & doctior erbie
Detulit imperium submissis fascibus olim,
Et quâ Christi adis nobis interprete linguâ
Scripturarum auctor Deus inspirator ab alto
Spiritus omnipotens mysteria scripta reliquit

Eæderis illa nob̄i, quæ cælo detulit alto
Æterni Patris è gremio mundi ille Redemptor.
Notitiâ cujus sine mens secreta manebit ,
Nec magis eruitur multorum obscura locorum ,
Quam si quis valide removere repagula portæ ,
Aut aperire seram propriâ sine clavē laboret.
Inde sit, ut s̄ quis textus mysteria sancti
Eruere hos jubeat linguae de fontibus ipsis
Et sensus aperire sacros interprete sancto,
Differem pleriq; borum si plus sapient , quam
Mortua sus, suspensa carna, cute cassus asellus.
Scilicet basce ferunt hec tot præpostera, Et he tot
Pernicies juvēnum, & pestes collegia, fructus.
Ut nunquam solido & certo fundamine nixus
Quid verum salsumbe queas ostendere, & inde
Hæretico os possis, & diram obtundere linguam,
Atq; benenato's dire hydra effringere dentes.

Quin etiam hos juvenes quondam non defuit inter ,
His qui collegis multos jam impenderat annos
Cujus non pluteus, nec Eristica scripta tot inter
Bibliotheca libros sacra Biblia viderat unquam.
Vera loquor, nostri exemplum memorabile sæcū
Qualibus auspicijs studijs operata sacratis
Absq; Dei verbo jam junior inchoet etas.
Quo nibil hoc nostrum vedit monstrosius ævum.
Disce, sed ira cadat naso, rugosaq; sanna.
Dum juvenes avias tibi de pulmone rebello.
Qui furor est aliquando alios te velle docere ,
Discere nolle prius. Qui non nisi inutile dicit
Utilia ignorat. Nunquam rectè ille loquetur,
Qui nunquam didicit sanâ ratione tacere .
Disce tacere prius, neq; lingua tua occupet aures.

Inde

Inde loqui ut discas elato praeunte magistro.
Atq; audire alios , nec munus obire virorum
Ante pilos juvenis , ne te cum senior atas
Occupat indoctum conversa sorte priori
Ipse tacere senex indoctus , bardus & excors
Atq; viros-juvenes cogare audire loquentes.

Nec tamen ignoscas alijs : Frons durior illa
Nummorum Harpyjs stolidis opicisq; magistris
His qui connivent , & adhac sua lumina claudunt ,
Quin etiam applaudunt studiorum his pessibus ultra
Atq; duces praeunt ad damna hæc talia vita.
Quos conducta fides , & mercenaria virtus
Securos jubet esse sibi commissajubentus
An rectum virtutis iter graffetur , ad illa
Edita doctrinæ sapientum templo serena
Quæ dextram fitæ tenet ardua & aspera callidæ
An lato levog; incedat tramite mundi
Quæ via leva patet , quæ denig; tendit ad ipsam
Perniciem modo passa stipendia & era quotannis
Salva sibi maneant , atq; emolumenta redundant.

Talibus indulgent hi quicquid cuiq; libido
Suggerit , ulro etiam interdum assentantur ysdem
Nec lato mundi revocant de tramite , ubi illos
Cum multis illo ire vident , quo perditur illa
Quæ citius transit bel cernis floribus atas.
Absentes procul interea bona quoq; parentes
De natis sperare jubent , & montibus auræ
Promissis lactant , sed spe frustrantur inani.
Hinc ea barbaries veluti Cataclismus inundat
Omnia , & hec inter quoq; quandam hæc docta Lycæ
Quorum cum repeto decus ebi illustre parentum
Et nunc intueor conversa sorte priori

Quov.

Quorsum ea barbaries jam nata redegerit oreo,
Excudit ex oculis animi indignatio rorem.

Interea totus dum nunc Academicus orbis
Disputat, atq; implet tota auditoria, & illis
Vocibus: Oppono, Respondeo: Sic ego contra.
Hacce theses insurgo tuas, Subsellia tota
Frangat, & ad rabim ac sudorem se usq; fatiget
Sit jam Respondens tibi præstansissimus & do-
cissimus opponens, quos nemo adscenderit ultra:
Quando Schola Rector trivialis queritur, ille
Amplius hoc toto jam non reperitur in orbe.
O factum nostri turpe & miserabile saeculi!
Scilicet buc scabies bac & prurigo redigit
Illa altercandi quondam bac Academica tempe
Qua ut Trojanus equus fœundi nixibus alvi
Vicina in regna, in regiones, oppida & urbes
Olim effundebant quasi plena hos copia cornu.
Hec doleo, & quis non mecum bonus illa bidendo
Ora genasq; dolens lacrumis humectet obortis?
At vos è proceres, quorum bac Academia curæ
Auffice st at commissa Deo, sed vindice eodem,
Ni vobis curæ sit huic incumbere curæ,
Huic tam funesta & tam diræ occurrite pesti.

Transeo nunc alia, & non his fortassis minom
Prodigium imprimis furiale, immant, tremendum
Atq; bonis studijs inimicum, & moribus illis
Quæs pietas, virtus, generosaq; constat honestas,
Ter sceleratum hominum genus, atq; infame Scorista,
Quos nostræ etate hac tetricè faucibus orci
In lucem extractos medijs Academie in hortis
Edidit immitis furiarum tria Gehenna,
Lernæ totos turgentibus tabe colubros.

Quæs

Quis mibi cum monstribus fuit implacabile bellum ;
Immortale odium, & nunquam sanabile vulnus
Habentus, atq; mihi vite omne manebit in auro
Duraturum etiam mibi vel post fata suprema.
Et quis vel solis Eurys monstribus demandis
Propositus labor est nimis arumnabilis illi
Alcides quicunq; Academicus esse jubetur.

Unde autem nomen tetri bi traxere Scoriſtæ
Nempe hinc, quod Scor sint Satane, & dirum excremebitur,
Et quibus inferni quoq; Scor debebitur esca.
Hi nempe excipiunt si quis nobis advenit hostes,
Egredie simplicium, si cui paulo ante Beano
Excussi aprorum dentes, vel cornua cervi,
Vulnere adhuc crudo, jam pennali, inq; - nocentia.
Excipiunt autem veluti lupus excipit agnum,
Et canis ut leporum, ut feles murem, atq; columband
Dirius ut accipiter, praesertim Bulga cuius se
Turgeat, & veniat sine preceptor, nec idem
Forte Professorum fieri a Patre traditus ulli.

Illud avaritia genus est turpe atq; pudendum,
Et nimium damnosum, & te, pater Euclio, dignum
Aureolos paucos expendere nolle Magistro
Aut Doctorum alicui, quo emissus filius olim
Doctor in patriam posset, meliorq; reverti
Doctorinæ & virtute duce, at mox millia multe
Sobere, que natus corruptus, turpis & excors
Decoxit lustris in turpibus atq; popinis.

Vos ego oves moneo quæis lana est velleris aurei,
Vos quoq; quæis angusta domi & contractior est res,
(Nam non ulli hominum Libitine hi parcere norunt)
Ante annum nondum quem Academia nostra Quiritem
Sex ante bebdomades, totidem horas, aitq; minute

Vide

Viderat, & Rector Academi adscriperat Albo;
Hosce cabere Lupos, avidi qui rictibus oris
Agnum ubi te tenuere semel, te usq; usq; tenehunt;
Dum lana in totâ cute bel tantilla superstis,
Nebe cutem mittent, sed te instar birudinis atra
Exsuccum reddent penitus quoq; ad usq; medullas;
Dum suspensbit loculis tibi nuncus in imis.
Nempe his re spoliant nudatum denig; totum;
Et que bel miseri in vultus sudore parentes
Comparserent tibi, bel que paupercula mater
Quasi sit fuso atq; colo, bel sape suum ipsa
Desraudans genium, que nato indulxit, ut annis.
Unus te atq; alter cernant Academie in oris,
Unde revertaris spes presidiumq; tuorum.
Nempe gulae & ventres absunt bi omnia, & illa
Non reputant quanto sint parta labore parentum
Et quo bel toto semestri bibere posset
Filius, id barathrum hoc bel nocte absorbit una.
Inde itajam exhaustum, mox instructum artibas ijs dextera
Dimittent, & rursum alijs inferre jubebunt
Qua perpessus erat primo Pennalis in anno.
Quippe cui longo comites prajere ducesq;
Tempore nequitiam ad quamvis per lustra, popinae
Et loca, ubi, Eben l damnis desudascitur illis
Quies corpusq; animusq; opera corrumpitur unda.
Quies vita famaeq; aduentur mille pericla,
Et vita scopuli infames, & naufragia saxa
Quies puppis vita eterna quies prora salutis
Frangitur, & barathro inferni submergitur alto;
Mergitur, & summarurus non bullit in unda.
Unde redire nefas. Vos o quibus optimarum
Ella salutis adhuc eterna cura relata est

Almae

Alma quibus pietas animo stat, & ardor honesti
Atq; bonas animum & linguam excoluisse per artes.
Cor salit, & laba mammae sub parte moventur;
Vos Scyllas vita fameq; cavete Charybdes
Hosce lupos, atq; inde Lupas, (nam sedibus unis
Hec se conjungunt quoq; conciliabula damni)
Nempe cavete lupas vita illa Aconita pudice,
Quorum hand parva seges Roseis quoq; crescit in agris
Et vos ante omnes eternae nectare vitæ
Mens generosa quibus templorum in sedibus illis
Catum obium Christi dñino pascere verbo.
Christus abest ubi adest turpis lupa, filius ille
Virginis & Veneris nec sed morantur in una:
Et semel indulxit qui iktis Sirenis aures,
Qui semel illa babit Lethæa pocula Circes
Plena undis Stygijs, & flammis plena Gehenne,
Et semel indulxit se bis janitricibus orci:
Corporis ille animiq; sui tam nobile templum,
Quod sacrosancta Trias, & Spiritus incola Christi
Debuerat gratiana semper sibi figere sedem
Reddidit impuni scorti & Cacodemonis antrum
Jam canis immundus, jam sus lutulenta, volutas
Corpo re se animoq; in cœni sordibus imis
Is virtutis iter jam post sua terga reliquit,
Doctrinaq; viam que non nisi ad ardua tendit
Jam datus in præcepis medys versatur in Orci
Faucibus, unde gradum dias in lnminis auras
Vix revocare datum est, & lucida tela diei.
Sed redeo unde aby. Mex se cum berterit annus,
Et sex hebdomades, soles, borea atq; minuta.
Qui fuerat pridem Patiens, Pennalis, & insons
Hactenus, in-q; nocens, jam perfectissimus erit

3413

Jam formidandus vel preceptoribus ipsis
Jam collega alijs adsciscitur, ex Patiente.
Jam sit Agens, quod passus erat Pennalis, id ipsum
Duplice jam mensurā alijs crudelior inferi;
Sufficiturq; alijs jam mox abeuntibus, atq;
Nequitie jam Rector erit. Jamq; arte minores
Discipulos alios nunc artibus instruit ijsdem.

Inde fit ut nunquam radix dira illa cicuta
Funditus ē nostris queat extirparier agris.
Nam tot Rectores licet hæc plantaria bellant
Nec rastrum exsiliij desit, nec carceris irpex
Runcinag; & sarclum, lolium quo hoc triste dometur,
Non tamen ista filix illo mansueti aratro.

Transo plura alia, haud dictis leviora, querela
Unde etiam uberior longè mibi copia surgat.
Et quorum decimā tactā bix parte quiesco.
Ridendisq; quibus si quis foret additus olim
Democritus, vel deslendis contrarius alter,
Rupisset tetum tremulo is thoraca cachinno,
Suffecisset huic oculis nec destiuus humor,
Si foret in lacrumas totus resolutus obortas.
Hactenus hoc satis est, & quanquam plura supersint
Auribus atq; animis equum est me parcere bestis,
Nec fas me ulterius bestri patientiā abuti.

Si mihi jam regerat quisquam ex discentibus illis
Quorumjam studia, & vitam moresq; notavi,
Justa querela tua est, & quis manifesta negarit,
Quæ Sol luce videt, quæ Luna in noctis opaco.
Verum, an nulla premit quoq; vos hic culpa docentes?
Fas erat & juvenes quoq; vos aliquando fuisse,
Et meminisse horum quæ junior exigit etas.
Hec equidem memini, nec quid flos ille juventus

Exigat

Exigat ignoro, nego cornea fibra mihi ipsi est.
Verum ea congenita radix loliginis atra
Maturè, & primà resecanda est mollis in herbâ:
Et brevè id esse decet, quod quisquam turpiter audet,
Et sunt cum primà resecanda hac crimina barba
Quæ vitium etatis, vel natura intulit ortus,
Ne tibi corvertas ea consuetudine longâ
In morum penitus fibras vitæ, medullas,
Atq; animi ac mentis succumq; & sanguinem in ipsum.
Nempe ubi non superest remedi locus amplius ullus,
Barbatos licet admovere vel mille Magistros.

Interea nostri est non prorsus nulla docentum.
Culpæ, sed hac etiam tanto damnosior illa,
Quo gravius peccat, faeinusq; nocentius audet
Criminis exemplo, quam criminè quis nocet ipso.
Sed jam non locus est Camarinis hisce molestendis,
Et stabulo Augiæ, cui exantlandæ acrior olim.
Debeat Alcides validos vibrasse lacertos.
Et cujus saltem est etiam ex levioribus unum,
Quod non sedulitas, studiumq; fidesq; docendi
Cunctorum equalis præcordia tangat, & ille
Candor & integritas, quam mens sua conscientia cuig;
Dictitat, officij ratio quam sancta requirit,
Et Juramenti, quam non violabile binclum.
Exigit à quobis, generandaq; sanctio Legis,
Officium decies vicibus que quinq; docendi
Postulat à quobis semestri quolibet anni
Præscripto numero, quem qui superaverit, ille
Inde sibi laudem referat, contra unde reportes
Qui non attigerit pœnam damnung; criminis.
Cui simile exemplum non ulla Academia vidit
Quo se extenait non solius Teutonis ora.

D

Verum

Verum etiam Europe totus se doctior orbis,
Inventum nostri quod vita salusq; Lycei est.

Sed quotus hoc reputat, quotus altè hoc mente reponit?
Et quām nunc pronum est infligere vulnera vita huic!
Hanc multis violare modis impunè sine ullo
Vindice, & exanimem pedibus calcare superbis!
Aut si legitimus misere huic quis se offerat ultor
Monstrare huic medium digitum, atq; oppedere eidem.
Hec fierent si virtutis bona illa priorum
Viveret in nobis, sanctæ aut reverentia legis?
Quam violat nemo æterna sine fraude salutis.
Illa equidem possum justo deflere dolore,
Illa dolere queo, & vero reprehendere versu.
Verum illa in melius nequeo mutare, quibusq;
Quid prius aut potius dicam illo fulmine cœli?
Æternū maledictus & execrabilis esto
Quis quis opus Domini per agit cum fraude, dolore,
Sed nunc Harpocrates aurem mihi bellit utramq;
Atq; tacere jubens compescit m̄ indice labrum.
Summa sit bea igitur modò nostræ, & pauca querela.

O tu qui nostra hac mortalia respicis equis
Cuncta oculis, regis imperijs & numine serbas,
Quem mare, quem tellus trepidat cœlumq; solumq;
Quem chorus Angelicus circum stat Die deorum,
Sancte pater, Sobolesq; patris, consorsq; duorum,
Spiritus in trino Deus unum nomine numen,
Ætheris, inferni, maris & terræ Induperator,
Auspicio cuius nostra hac Academica templas
Ad Roseos Varys latices in litore Baltæ
Stant erecta manentq; ducentos penè per annos,
Et quamvis Varys toties agitata procellis.
Tu quibus auspicijs erexit hac optime quendam,

Et

Et quibus aufficij bac serbas hactenus, ysdem
Protege porro etiam, & dextrâ omnipotente tuere,
Et toties gemitu & votis precibusq; petitam
Da nobis tandem & præsta pater optime pacem.
Tu rege confilia & studia, atq; opem omnia nostra
Discentium pariter studia atq; opera, atq; docentum;
Unde tibi laudes & bonos & gloria surgant.

Vos nostri o proceres magni clariq; Lycei
Collega ex merito mihi amore & honore colendi,
Et letti juvenes saclisspes magna futuri,
Non designati mecum sacra templa subire,
Dive Jacobe tibi, vestra bis conjungere vota,
Palladij, bujus sacri, & nostrum omnium in illo
Commendare Deo eterno vitam atq; salutem.



D 2

PAREN-

PARENTATIO ANNIVERSARIA,

Memorie

LUDALRICI Magni,
PRINCIPIS MEGAPOLITANI
Anno 1618.14. Martij recitata,

In quâ etiam

PHILIPPI SECUNDI,
PRINCIPIS POMERANIAE IN-
comparabilis, pauculis diebus pōst fu-
nerati, laudes delibantur.

Sunt gemina in terris Furie Cacodamone nata
Progenies Erebi, Stygijq; Acherontis alumnae,
Lethales Diræ, facibus, ferro, atq; flagellis
Quæ genus humanum exagitant, versantq; rotantq;
PECCANDI indomita & nunquam satianda LIBIDO,
Et POENA INDULGENS sceleri, sed debita, Quæ nunc
Lethæo, evigilans nunquam, sopita veterno est.

Nempe fuit Nemesis quondam pulcerrima virgo,
Filia nata Deo, dextræ armipotente refulgens
Culpam Pœna premens, benefactis præmia reddens.
Jam quarta è Furijs merito, & dira audit Erinnys,
Pestis & ira D & I, & bel Dæmone Gipera pejor,
Ut merito dubites utra harum nequior, utra
Plus damni ac fraudis miserando huic inferat ævo,
CULPA, ne que vigilat terras grassatas per omnes,

42.

An P O E N A buic culpæ justissima debita merces
Somno oppressa gravi que utramvis dormit in aurem,
Quippe hæc cum possit punire, & debeat illam,
Dum indormit vitjys, limisve ea spectat ocellis,
Justitiae gladium rubigine passa perire,
Totum in se transfert quidquid deliquerit illa, &
Ni foret hæc nutrix nunquam illa exstaret alumna.

Si quis jam querat, Quersum bac querimonia spectet
Sermonis nostri primâ hæc in fronte Proem!,
Magnifice ô Rector, proceresq; Patresq; Lycéi
Nostri hujus, tug, ô juvenum generosa corona;
Nempe hodierna dies tactâ non leniter aure
Hasce bel insito extorquet mibi mæta querelas,
Dum repeto lucem quâ Lux olim occidit illa.
Justitiae radios, quæ latè has sparxit in oras.
Nempe dies hæc est atro numeranda lapillo,
Funere à quondam que nube obduxit, & umbrâ
Hos Megalestoleos terre tristissima tractus,
Quando ducem U L R I C U M Patrie Solem, atq; Parentem
Ereptum terris radiantibus intulit astris.
Regibus U L R I C U M Divis Heroibus ortum,
Baltica quo sedit nibil hæc generosius aëte,
Qua nibil hæc tellus septem - subjecta - Trioni
Fortunâ majus meliusvè adspexit in istâ;
Et cuius similem nec secla priora tulerynt,
Sed neq; forte futura ferent mortalia secla,
Mundi et as quamvis priscum revocetur ad aurum.
Quo duce, quæ terras pabefacta reliquerat olim
Ecclis Astræa redux est ausa reverti,
Et terris sibi in hisco suam sibi figere sedem.
Quo duce quæ virtus omnes complectitur una,
Cujus dextra tenet gladium, sed leva bilancem,

Videre recte, & cuiq; suum dare, ledere nullum
Que jubet, aut gladios incorruptissima stringit,
Sceptra tenens latè bis nostris regnabat in oris,
Purpura membra secans rigidi mucronis acute,
Vindice justitiae quo causa dolere solebat
Improba munieribus corrupto judice fidens,
Et quo freta D.E.O. rursus bona causa solebat
Vindice justitiae letos agitare trjumbos.
Nempe suam Patriam Patrie Pater optimus ille
Justitiae & juris justis moderatus habenie
Unus erat Virtuti atq; ejus amicus amicis,
Et formidandum virtutis sceleris flagellum.
Non jam alias memoro Virtutes Principis hujus,
Quarum vel decimam cupiam si evolvere partem,
Bis duodena diei mihi six suffecerit hora.
Hac super excelsum vel sola Amathusidas axem
Tellat eam virtus, & cœlo laudibus aequet,
Posit ei U L R I C I quoq; Magni adponere nomen.
Scilicet hec una est ter maxima & optima virtus.
Principis, hoc opus est, quo illustrius exoriens Sol
Nil videt, in toto quod nil magis utile mundo,
Nominis eterni quod fama paratur in orbe,
Panditur eterna via quod tutissima sit.e,
Atq; ab humo ad superos quo scanditur arduus ether:
Religionis opus cui prima atq; ultima cura est,
Rite Deum colere unâ ex normâ atq; indice Verbi,
Prodidit eterni Patris quod Filius orbi:
Una salus populi cui lex & cura suprema est,
Et jura ac leges optata in pace tueri,
Stringere Justitiae gladium à dextrâ atq; sinistrâ,
Injustè oppressos tegere, & punire nocentes.
Hec opera atq; ha sunt generosi Principis artes,

Quies

*Quae sit imago D E I, atq; D E O sit proximus ipsi,
Iure suo M A G N I quoq; cognomenta meretur.
Deorum in numerum meliori jure receptus,
Vana supersticio quam quos dignatur honore hoc.
Quorum eternum animas torquebit flamma Gehenne.
Magnus erat Cæsar, belli Mavortibus armis
Multæ hominum millena suis qui stravit, & hostes,
Sub pede pressit bumi dejectos fulminis instar,
Ad sua qui domitos traxit quoq; flagra Quirites,
Solis ad occasum tremuit quem mundus ab ortu.
Major Alexander Macedo satus ille Philippo,
Indomitæ mundum totum qui terruit armis,
Obvia quoq; ruens hastis gladijsq; tremendis,
Qui domito toto tandem uno hoc deniq; mundo,
Flevit adhuc plures Mundos restare domandos.
Maximus Alcides qui quondam immanibus ausis,
Viribus indomitis, formidansq; lacertis
Immenso armatus nodosæ robore clavæ,
Monstrorum dominor mundi portenta subegit
Quò radios Sol accidens, quò spargit & ortus.
Magnum horum imperium, sed non sine clade, sine orbis
Damno atq; exitio, sine fraude suâ atq; suorum
Immanes dirigunt truces fixere tyranni,
Non nisi mortali fundendo sanguine magni.
Nempe atrocæ rabies vobis Herculem adegit ad umbras,
Quando rogo Octæo constructo in monte redegit
In cineres proprij furiosus corporis artus,
Atq; per has flammæ se flammæ misit ad Orci.
Quando alter, mundus cui non sufficerat unus,
Sarcophago inclusus mox pugno clauditur urnæ,
Cum Nonacrinâ è rupe exsudante liquore
Guttâ undæ Stygiae Stygiæ ruit actus ad undas.*

D 4

Deniq;

Deniq; te, Cæsar, mulier tot mille virorum,
Virg; puellarum totidem, qui immanis inundans
Instar diluvij impletisti cædibus orbem,
Et maria & terras cibili sanguine turbas,
Millena infligis dum vulnera millia multa.
Humano generi, gladio usq; cruento madenti;
Vulneribus tribus & viginti Curia Romæ
Confossum edit, cibilis sanguinis ultrix.
Nempe horum imperium fuit atrocissima strages,
Et flagrum humane & pestis sebissima gentis,
Mundo immensa immissa irato à numine pena.
Quam sibi, quamq; alijs sebi infixere tyranni,
Victores dum armis, vitys victi, occubuerunt.

Majus erat meliusq; tuum, patrie optime terræ.
O Pater U L R I C E imperium, licet esset id ipsum
Finibus exiguis, nec magno limite cinctum.
Quod pietate & Justitiâ aliam in pace gubernans
Bellorum à strepita procul, & sine strage, sine armis,
His terris, populoq; tuo aurea secula reducti,
O desiderium immortale U L R I C E tuorum.

Hei mibi celestis nam cur non munere Patris
Talibus indultum est vite hujus longius ævum
Mitibus humanae gentis custodibus, atq;
Patribus in mundo hoc, aberruncisq; malorum?
Qualis erat tecum satus ille parentibus ijsdem,
Et virtute animi quoq; tecum imbutus eadem
HENRICO ille bono satus optimus ille JOHANNES
ALBERTUS, flos ille Ducum atq; medulla bonorum.
Nostrî hujus quondam spes ac tutela Lycei,
E meliore luce quorum præcordia finxit
Provida cura DEI, Patriæq; admodum habens.

Qua-

Qualis erat nuper, quanta, eben! clade bonorum,
Extinctus Princeps prisci in celsa arce Sedini,
Ille suæ Patriæ Pater optimus, ille PHILIPPUS
Dux Pomeranorum cognomento ille SECUNDUS,
Doctorum ille Ducum, prudentum ille atq; bonorum,
Et quot erunt unquam, quot sunt, quotq; antefuere,
Patria quot tellus vidit, vidit, atq; videbit,
Gemma, medulla, oculus, flos, cor, & vita PHILIPPUS.
Hoc Patre nunc spoliata jaces Pomerania mater,
Languida & exanimis passos laniata capillos:
Hac jam vitâ orbata jaces, lacrumisq; madentes
Intendens oculos palmasq; ad sidera cali
Voce, PHILIPPE! PHILIPPE! cies misera nda, parata
Scalpere vel gelidâ è tellure etiam unguibus illum,
Ni reditum in terras adamantina fata negarent
Thariade è gremio jam celorum arce receptis.
Quod si Oderè ipsa etiam celebris præclara fluenta
Turbaras tota in lacrumas mutentur obortas,
Aut lacruminis fillet Pomeranicus imbribus aether,
Ventorum aut flatus suspiria plena gemiscant,
Vix tua damna satis testari hac omnia possent
Principe in extinto hoc uno, quem doctior orbis
Non quem Oderz aut Poenus tantum, aut Sagus alluit Ihnus,
Verum Europæ etiam conclusus limite toto,
Deserit meritò lacrumarum flumina fundens.
Nempe tua hoc virtus, Pietas, doctrina merentur,
Illa è fronte micans animi clementia puri,
Illa tui genij integritas, & candida mentis
Atq; augusta tua probitas, sanctiq; recessus
Cordis, & incollum generoso pectus honesto;
Justitiae studium, & legum reverentia, & ille,
Ille pius zelus sanctusq; in pace profusi

D 5

San-

Sanguinis humani injuste justissimus ultor;
Cura animi illa infracta tui firmare labantes,
Erigere oppressos, afflictos protegere, atq.
Injustos premere, atq; bonos tegere, in - q; - nocentes.
Qua tibi cum Sophie studio fuit unica cura,
Cum studio Eusebie sancte, Euomiaeq; sacrate,
Cultor & antistes tu quarum haud segnis, & inde
Doctorum nulli nostra hac etate secundus,
Onostri exemplum dux admirabile seculi,
Atq; Idea, speciesq; boni Duxis, ALM E PHILIPPE,

At quanto satius fuerat pro frugibus illie
Ustq; - salutiferis - adeo, atq; salubribus herbis,
Provida cura DEI Patrijs quas sicut in hortis
Iustitie fecit quas Sol dio ille calore,
Spiritus ille DEI quas caelesti imbre rigabit,
Unde Scholis, templis, regionibus, urbibus, aulis
Omnia proveniunt bona tanquam e fonte perenni;
Infelix lolium, & pungentes undiq; sentes,
Lappasq;, tribulosq;, graves, aconita, cicutas,
Lethiforas quis terra ferax, quibus ipsa ferox est,
Funditus eruere, & mundum purgare Genenis.
Haec ruere e medio, & flammis abolere Gebenne
Qui sibi, quicq; alijs Basilisci virus instar
Adstant mortiferum, supera inferaq; omnia miscent,
Litem ex lite serunt, passim morelia turbant,
Tranquillo in pelago venti quoq; turbine moto,
Verum arcana nefas haec & secreta moveri
Consilij illa DEI, quorum cave quarere causam.
Effe occulta potest, iusta sed esse recusat.
Qui quoties paenas meditatur & aspera flagra
Quotidie toties que homines peccando meremur,
Eripere hos tales indignis suevit, ademtos

Ventu-

Venturisq; malis terre subducere, & inde
Cœlestis portus tutâ statione beare.
Nempe bonos cælum quos diligit, hosce nobercæ
Terra odit, proprijs mater mitissima natis.
Inde malos homines & noxia grama sponte
Terra foget, placideq; suos producit alumnos,
Firma salutudo quibus & validissima membræ
Corporis, & vesti contingunt roboris artus.
Et quibus indulcūm est videnti longius æbum
Ut solem atq; solum eripiant melioribus herbis,
Unde pios possint sexare diutius illos
Seva manu immitti quos tractat terra nobercæ.
Abrumpunt nimium quorum cito stamina Parcae,
Alma Hygiæ parum quibus & solet esse benigna.

Scilicet hanc veram & justam nimis esse querelam
Exemplum es Solis radijs illustrius ipsis,
Quod decus ô sidus Patriæ memorabile terræ,
O desiderium immortale, PHILIPPE, tuorum
Cujus mens animi, divina particula aure,
Et quâ non melior, quâ non generosior ulli
Induit his terris mortalis corporis arcus,
Corporis hospitium sortita est debile, cui tam
Inclemens Hygiæ extremis extitit annis,
Et media etatis jam flore extinxit in ipso,
Et qui dignus eras vitâ vel Nestorâ octo
Vincere, mortali nec robore corporis ulli
Cedere, & extremo senio concedere fati.
Te Parca baud manibus parcis immanibus ausis.
Tam justi imperij moderantem frena remorunt.
O trucis & diri, nimis inclemens fati!
Vos ô non vero sic dictæ nomine Parcae,
His parcas habuisse manus, & parcere tuli.

F44

Fas erat, inq; alios convertere spicula mortis,
In luce indignos, nil dignum luce gerentes.

Hei mibi, cur durâfatorum lege negantur
Vitam emere alterius qui possent morte suâ, ultrè
Sponte suâq; obitâ, qui genua birentia, & acris
Pectoris, & validos robusti corporis artus,
Quòd vitiosa haud ulla adfedit laeserit unquam,
Et vires nullo labefactas vulnere morbi,
Mutare invalido alterius cum corpore possent?
Quod nisi vis fati firmata adamante trabali
Arbitrio decretâ D E I haud mutanda negâset;
Corporis integris potirêris viribus, atq;
Mens tam sana tibi quoq; sano in corpore toto
Seculo, & extremam viguiisset ad usq; senectam;
Nec funesta dies cæcis damnanda tenebris,
Illa infâsta dies anni infelicitis euntis,
Atrior ô noctis caligine! tertia mensis
Proximus à primo qui solvitur, extinxisset
Te, Patriæ ô prælustre jubar, Patriæ alma resulgens
Phosphore, Sol Patriæ almâ luce, P H I L I P P E, coruscans.
Hec quoties quoties votis precibusq; petivi,
Et gemitu & lacrimis, te, cœli summe Monarcha,
Testor, & hac mecum quis non bonus exoptârit?
Omnia sed frustra. Nam aliter tibi sumrae Deorum
Et melius visum, cuius dîvina voluntas
Omnium origo in mundo, & caussa, & norma bonorum
In cœlo, in terris, cui pareat omne quod usquam est,
Et quecumq; Deo eterno placuere parenti
Disspicuisse omni scelus est, facinusq; nefandum.
Interea quamvis nihil hæc querimonia prosit,
Magna tamen Princeps fidua tecuorbata marito
Langueat, & in lacrumas prope tota liquefcit obertas

Impa-

*Impatiens somni faciens prope flamina fletu.
Et nisi cui triplex cingat præcordia ferrum
Frigiditis scopulis adamanteq; durius omni,
Sensibus hac imis, atq; altè mente reponens
A gemitu & lacrimis num quicquam temperet udis?
Tu imprimis una ante omnes Pomeranica tellus
Damna tua hac luges deflens triflissima cladem
Stemmatis antiqui, quo nec generosius ortu
Nec belli aut pacis præstantius artibua, At nec
Quo pietate prius, nec religionis amore,
Et fidei illius, quâ solâ adscenditur æther,
Quodque tot à proavis clementia temperet alma.
Insita, Justitiae studio, tulit altera tellus,
Terrarum clima excutias licet omne quod usquam est.*

*O sanguis prisca Heroibus oris, quibusque
Confiterant primo quondam secla aurea mundo,
Quæ tua posteritas Patriæ bac ætate reduxit,
Imperij clavum patry hoc moderante P H I L I P P O!*

*Sed bene habet, quod restet adhuc tam nobile germe
Arboris enatae priscorum è sanguine regum,
Clementi Patris eterni bonitate relitti
Bis duo surgentes in summo vertice ramii.*

*O multas una ante alias Pomerania felix!
Talia tanta bona hac tua si bene nōris, & horum
Auctori aternas satagas persolvere grates,
Religione, fide, pietate & moribus illis
Et vita & factis, quibus est fas hosce notari
Separat à mundo quos Christi amor unius unus;
Nec scelere, inque Deum ingratâ impietate tuâ unquam
Excutias bona tanta, Dei te hoc munere privans.
Qui Pater ut clemens dedit hac, offensus ita auferit.
Quin gemitu & lacrimis precibusq; ardentibus instas*

Qna

Quae penetrant cœlum atq; DE I p̄ recordia tangant ;
Arboris hac radix abo ne marceat ullo,
Sub cujus ramis tam optata in pace quiescie
Hactenus, atq; aliorum in tuto littore spectas
Naufragium; cladesq; tuâ sine parte pericli.
Sub quibus Eusebia, Eunomia, & Pax aurea junctis;
Tres cali Charites, fibi figunt oscula dextris.
O nunquam hosce choros fati inclemens rumpat !
O nunquam hanc lucem produxerit exoriens Sol,
O Deus aeternis hanc lucem conde sub umbrie,
Et sepeli aeternæ submersam noctis opaco,
Nunquam emersuram dias in luminis auras;
Quâ generosa Ducum hac emortua marceat arbor;
Terra objecta salo, & septen - subjecta - Trioni,
Quam Megalopoleos ditio atq; Borussia claudunt,
Quâ bidiuata suo Patrie Patre ploret; & ille
Gryphus avesq; ferasq; inter rex atq; Monarcha,
Præda aquile fiat, qui Aquila & Leo corpore in uno est;
Et simul Eusebia, Eunomia, & Pax alma fugetur.
Tu prohibe, & diras procul hinc abige omnis bujus
Sauromatas ultra, atq; Indos toto orbe remotos.
Qui terram hanc bonitate tuâ bis Pater alme beātū,
Tu bonus ac clemens porro hisce beabis eandem.
Tu qui de nibili cœlum terramq; creāsti,
Et que non sunt esse jubes, miserere tuorum;
Bis duo cumq; Duces tuâ adhuc bonitate supersim;
Inde etiam has terras optata prole beabis,
Et natis natorum, & qui nascantur ab illis.
Inde perennabis tam celsa frundis honores
Arboris ad seros pronepotum usq; usq; nepotes:
Nec fore ut gemitus, lachrumasq; precesq; thorūm,
Veniq; & extensis tot cali ad sidera dextras

In filii Christi mandato Et nomine Iesu,
Auribus aversis cuncta irrita, tradita ventis
Permitte; neq; tot tuæ adhuc bonitate relitas
Vernantes prisco regum de Stemmate frundes
Flore sine Et fructu defendo cedere fato.
Fallor an, (baud fallor!) te quondam hac vota mobebunt;
Ut quondam hanc cladem stirpis, Patriæ, Parentum
Frunde vel in minimâ cupias reparare ruinas.
Ultima quæ fuerit quondam, ut sit gentis origo.
Ut Patriæ hinc surgat nobis stirpis origo future,
Quæ patulos ramos in partes fundat utrasq;
Flere ac frunde vigens vel ad ultimum secula mundi.
Tu ratum id esse jube Rex optime maxime regum
Ætheris, inferni, maris, Et terræ Endoperator!
Hec precor, Et dum vivo precer, nec vana precabor,
Dum saliet levâ mihi cor sub parte mamille,
Quanquam alienigena. Et quis non bonus Et pius illud
Oret idem tecum, Et bona cuncta precetur Et optet
Vicine usq; adeo, Et præstanti commoda genti?
Tu Patria imprimis, propior quam causa movebit,
Arma move iratum poterunt quæ vincere Patrem,
Concepta in merito, in morte, atq; in sanguine filii,
Vota, preces, lacrumas, gemitus suspiria, planctus.
His, Pomerant, orate Deum, meliusq; futurum est.

Forte quis hac aliena putet peregrinag;, parte
Quæ gentem hanc nostram nullâ discrimina tangant,
Pulpitaj; hec quorum non sint oneranda quarelis.
Obone! Num ignoras unum Et commune periculum
Nostram etiam hanc dudum quatere Et percellere gentem?
Non memore ULRICO, cui hæc luce hec sacra paramus,
Quod conjux fuit maestressa eglæ R. HILIPPI,

ZUET

Quem extinctum nunc flemus, adhuc Sidua alma superfites;
Quamq; diu superare velit Deus ille Deorum,
De nostro merita hoc bene p̄eclaratq; Lycéo,
Et jubatum studijs, quos res angusta domi urget,
Frugi ornans utinam! mensē communis alumnos.

Non memoro ille idem cui nunc Pomerania mater
Funus mesta parat, que nostra huic Palladii arcis
Prestiterit, magno complexus amore Lyceum hoc,
Cujus erat pignus Liber admirabilis ille,
Donatus nostrae monumentum Bibliothecae,
Legato huc missō proprio te Henrice Schöichelii,
Conciliū oblatus collecto etiam ordine toto.
Plura etiam hisce daturus erat, Dux optimus, illum
Invidia, & ante diem nobis, nisi! fata negassent.

Non memoro uLLRIC uLM te Dux Pomeranice, fratrem
Noſter hic uLLRIC u Scujus Baptismatis olim
Testis erat, nomeng; suum non omne laeo
Auspicio fausto imposuit, qui sceptra Lycei
Quondam hujus gessisti haud parvo tempore Rector,
Praclaris in eam meritis memorabilis omni
Tempore, quo tanto merito se jactat alumno.
Qui minimus fratrum & postremus in arbore ramus,
Ultime primus eris, numeroſe & stirpis origo,
Perpetui generis Pater, o (Deus, annue votis!)
Spes Patrie, & nostri magna exspectatio saeculi.

Omnibus his licet absq; foret, quia nos tamen inter
Usg; adeo è duro gestet præcordia saxo,
Caucasij scopolis mage frigida pectora & affra,
Vsg; adeo oblitus communis originis omnis
Humani generis, Patrisq; unius Adami,
Qui ulla aliorum aliena putet mala; quem non tangant
Vicina usq; adeo bac incommoda proxima gentis,

Proprie

Præsertim immincent nobis cum eadem ipsa pericula.
Stemmatum cum regum atque ducum periere getuſta,
Arboris antiquæ cum summo in vertice ramum
Postremum offensus reſecat Pater ille supremus,
Flore ac fronde ſuā ut ſic marcida tota fatigat,
Moxq; alienigenis exotica fructibus arbor
Succedens illi vacuis plantetur in hortis:
Qualibus & quantis cum dampnis atque periculis
Conjunctum ſemper fuerit, ſi forte recuſes,
Tantum oculos aperi, te aliarum exempla docebunt,
Quos olim indigenæ regesq; ducesq; parentum
Instar, & ut faciles, mites, placidesq; columbae
Gallinae in morem caros ſovitere ſub alis,
Mox alienigenis altunde volantibus illi,
Harpyijs & culturibus ceſſere rapina;
Praede, inquam, & ſpolium ſebris trucibusq; tyrrannia;
Qualiter adfecta eſt regina ciconia ranas
In ſibi ſubiectas, cum devorat omnia cum iphis.
Nec modo fortunas rapiunt, bonaq; illa caduca,
Commoda mortalis miseraq; breviffima vita:
Sed cum illis etiam divina oracula, puræ
Religionis opes, aeternæ pabula vita
Quæ praſtant animis, & lucem nocte carentem,
Et purum in densâ mundi caligine ſolem,
Et ſine quo cæcis ſunt omnia merta tenebris.

Tu Meglapyrgiacis procul hæc abige omina terris
Seminis antiqui qui nobis alme reſervas
Reliquias, quas porro etiam Deus alme relinques
Huic terra ad ſeros pronepotum usq; usq; nepotes,
Ultimum ad usq; diem, qui mundi hæc ſacula rumpat.
Hoc Patria votum tu perfice die Deorum.

B

No-

Votum, quod mecum pariter populusq; Duce, q;
Concipient junctis animis ardentibus unā,
Et bolet esse ratum Deus, hæc Deus omnia firmans.
Impietate modo & contemtu numinis illas
Irrita ne faciant qui regnant, quiq; reguntur.
O quale imperium; quo nil videt exoriens S O L,
Pulerius & melius, totoq; salubrius orbe;
Dux bene cum imperat, & populus bene paret eideret.
Eusebiā, Eunomiā sua sceptrā tenentibus, Una
Nempe salutiferā quā bigā in beata triumphant
Hujus & alterius vita onoris summa, Salusq;
At contra impietas contemtrix numinis illa,
Atq; injusitia sclerata ubi regnat Errinys,
Vi vel fraude suā, quæ qualia quantaq; damna
Imperij, populis, regionibus, urbibus adfert?
Scilicet ex uno hoc cunctorum fonte malorum
Si propius spectes, ebullit id omne quod usquam est,
Quo passim in mundo mortalis vita laborat.
Inter & hæc regnorum hæc ipsa miserrima labes,
Cum sua mortalis vitæ hæc bona summa sepulcro
Communi quo regum etiam atq; ducum ossa suorum
Claudent, & sub humo, una emortua, funere mergunt.
Regna ubi trans - ab avorum à stirpe rebusa - feruntur
Ad Pharaonem alienigenam, qui nesciat omnes
Israële satos, quos vi non jure gubernans,
Extinctos cupiat submersi fluminis undis.

In terris caros habeas in honore parentes
Ut supereesse diu, & felix hic sibere possis,
Lex ait illa D E I; Tu cui dedit ille supremus
Sceptrā tenere Parens, etiam hunc generare parentem
Ut feliciter atq; diu datus sceptrā susiri,

412

*leg. videre tuo possis è semine natum
Legitimum Patrie heredem, & virtutis abice,
Nebe Deo irato abrumpi te penè bidente
Extremum gentis supremo in vertice ramum.*

Scilicet omnis origo malis hoc ex fonte redundas est
Hac biga inbectus toto grassatur in orbe
Mundi hujus Princeps claustris resolutus Avernus;
Biga, his que Furijs ruit incita tracta duabus,
Quam trahit Impietas mater, quam Injustitia hujus
Filia, jam mundi Solio imperioq; potita.
Qua duo Sceptra quavit regina manu improba, quorum
Hoc premit examinatq; bonos, Et humo aspera sternit,
Atq; benigna malos illo fobet atq; tuetur;
In mundo enectos alta ad subsellia rerum.

Non memoro toto quām vastum Epicurus in orbe
Imperium obtineat, quām vix ē millibus unum
Invenias, cuius precordia non Deus ille.
Intima, nec cordis fibras penetrarit ad imas;
In cætu horum etiam, qui Christi à nomine nomen
Sortiti, quorum insidias non sensibus imis
Notum Evangelium hoc, quod præco Epicurus ab imo
Inferno elatum humano generi enarrabit,
Filius ille deo mundi, Cacodamone natus;
Provida cura DEI quod mundum nulla gubernet,
Quod per mortem animæ pereant cum corpore, quod
Christi Evangelium nil sit nisi fabula, caco
In mundo casu quod cuncta vagentur & errant;
Deniq; quod toto non sit Deus ullus in orbe,
Qui scelerum vindicta quondam, & justissimus ultor
Pro merito aeternis panis malefacta rependat.
Oculatum fuit hec Evangelium hactenus; at vnde

Suggeritum impietas scandens sublimius altis
Nubibus illa palam parte orbis prædicat omni
Ensebiā è mundo procul hinc procul inde fugata
Cordibus ex hominum, Christum quoq; qui ore fatentur,
Nempe Deum fast ore , Epicurum in corde fôbentes.
Nos utinam fani ! Sed voce tubâg, sonorâ
Pleno ore impietas toto hoc ebuccinat orbe
Et toto auditum mundo Tara tan tar a clangit.
Te testem boco lebo in pectore sanguinis ulla
Vîbit adhuc cui bona piy ; præcordia cuius
Ullo etiam igne sui numen calefecit olympi,
Rare homines ô inter homo ! Te curia & aula,
Vos foro, vos platee atq; domus, vos templa, Scholeg,
Pulpita cum cathedris, suggesta, altaria, vosq;
Judiciorum adeo subsellia , deniq; celi
Te Solem & Lunam , & vos conscientia fidera testor :
An non Impietas veluti Cataclîmus inundans
Submerget vasti mundi omnia gurgitis alto ,
Vix unquam revocanda ad lucida tela diei?

Sed quorsum hec tango seculi lethalia nostrâ
Ulcera : non nisi mundi extremâ luce secanda
Falce Dei irati , & flammis urenda Gehenna ,
Dicere juis veniet cum celi in nubibus altis
Filius ille D E I Christus Servator Jesus ?
Nempe fidem toto vix inventurus in orbe.

Non licet illa brevi neg; fas perstringere versu
Aut levibus numeris, mæstis sed bianda Tragedis ,
Atq; Sophaclis altis bacchanda cothurnis ,
De quibus & penitus nil quidquam dicere præstat,
Quam dixisse parum, tot , tanta , & talia cum sint
Quæ ratio non ullâ hominis, quæ oratio nulla.

Aub

Aue capere , aut dignis possit reprobendere verbis.

Tantum unum ex multis leviore vel ungue notando
Postremi dixi , (tandem illo ut sine quiescam
Quo paulo ceipi ante prius) quod justitia alma .
E vita , è mundo procul hinc exsulet inde ,
Cum vigilet scelus omne vigens , cum dormiat altum
Nata Deo Nemesis , sceleri sua debita pena .
O dignum celo imperium ! O res publica felix ,
Ipsum imitata Deum , sacro dignissimam , aureo ,
Justitia ad trutinam cum dividit aqua bilance ,
Pena illa , culpam bac , hec ne preponderet illam ,
Cum scelus in fronte est ne à tergo pena moretur ,
Post longa interessa scelus ne pena sequatur ,
Inque via languens penitus moriatur , at illam .
A fronte expectet , ne ad eadem dextra latronis
Impigra cum fuerit , sit & altera pigrior illa
Dextera carnificis , gladium justissima stringens .
Justitia hec priscis viguit quondam optima seclis ,
Cum nondum impietas contemnens numen Olympi
In terram & canum mutaverat aurea secla .
At nunc illa jacet lacerata & turpi horrida bestia
Deformes lacerata genas , lacerata capillos ,
Brachiaq ; ad cælum & lacrumantia lumina tendit :
Quam interea ad terram prostratam injustitia atrox ,
Et domitrix mundi impietas pede caleat utroq ; , &
Imposita cervici alterna calce fatigat ,
Sceptro eam utroq ; domans , impune & vincice nullo ,
Et domito toto sibi figit in orbe Trophaeum .
Quis vetat aut prohibet cum justitiae hujus alumni
Phenices seculi Divi ULRICI atq ; P H I L I P P I , &
Pauci horum similes , rarissima numina terra ,

Sublati è medio fatis cœstere benignis.
Justitia qui sancte armis , atq; ense coruscis,
Et scelerum Furias procul à patrio orbe fugantes
Asseruere suam gratissima pignora matrem,
Omni laude sui celebrandi nominis ævo.

Hei mihi quis posset lacrumis equare profusis,
Aut gemitu educto penetrali cordis ab imo
Aut verbis, qua saxa etiam, atq; adamanta moverent,
Pestem illam atq; luem nostri miserabilis ævi,
Cladem illam vita, quæ jam miseranda laborat?

Justitia è mundo hoc penitus quando exsulat omnis,
Contra iniquitatem in solio regina superbo
Cum mundi diadema gerens & sceptra, trophya
Erigat, atq; omni terrarum parte triumphet.

Rectores terra' interea regesq; ducosq;
Calorum cali , & regum rex ille supremus
Justitia quibus accinxit justissimus enses,
Hec taciti atq; otiosi aliud spectatis agentes.
Pro pudor! o nostri facum lacrumabile seculi,
Quoq; bel in lacrumas adamantina saxa liquecant?
Vos cali & terra' Rector vitaq; necisq;
Jus quibus arbitriumq; dedit Deus , Anne videtis
Hoc jus, hunc gladium vos unâ hac lege tenere,
Integritas morum sanctæq; modestia vita,
Non si cuiquam aut fraude nocens, & deniq; virtus,
Cander, justitia, probitas, pietas & honestas,
Vestro ut in imperio tuta & secura quiescant?
Justitia & gladius resecet contraria ut illuc;
Quemq; inhibere queat non gratia, non favor ullus,
Nec rectas hominum que inclinant munera mentes.
Vobis ut ab imperio procul hinc imæ remotum.

Exsue

Exsulet, bau! penitus toti intolerabile mundo
Pro numis, venale genus grave caussidicorum,
Clamoris rabiosa fori qui iurgia vendunt,
Qui recta incurvant, qui nigra in candida vertunt,
Pro pretio & nummis, Ita pro Non dicere promptis,
Et recti obliquis, veri speciem addere falsis
Artifices, per quos e mundo Astraea fugatur.
Da fures, mæchos, homicidas, atq; latrones,
Quos facinus presenti in facto prodidit ipsum:
Da qui vel dextram maculare cruento parentum,
Conjugis aut natorum immanibus ausibus ausus;
Quig; beneficijs & Demonis artibus usi
Discunt atq; docent gelidos efferre maritos:
Quig; DE I verbo, qui ipsig; oppedere calo
Ausint, Immo ipsi Jesu maledicere Christo:
Et querum intuitu vel Sol expalleat, ipsa
Et quorum trepidant exterrita sidera vultus:
Da vitium atq; scelus, da peccatum omne quod usquam est,
Quodq; unquam in mundum barathrum eructabit Avernus,
Immenso ore patens, & vasto inmanis hiatus:
Deniq; da Sathanam Archebacum, Cacodemonaq; ipsum.
Scilicet inveniet, modo numi dentur & aurum,
Rhetora caussidicum, defensoremq; Patronum,
Judicij rabulam, venali Cerberon ore,
Qui scelus orane neget, qui factum excuset, & illud
Momento exiguo quod temporis accedit uno
Annorum in Decadas vel bis sex extrahat, ante
Quam ferri possit sententia judicis aqua.
Et quem jam invenias nostro qui litiget ab eo,
Qui ebentum litie sibendo attingere possit?
Tantum artes possunt, & mille viae elabendi,

Processus, cecis Labyrinthi anfractibus hujus
Qui semel implicitus Minotauris preda fit illis.

Hei mibi! cur tandem non Princeps atq; Monarcha
Auspicio exoritur divini numinis? alter
Qui velut Alcides prosternat robore clavae
Justitiae & juris mundi haec immania monstra,
Numorum accipitres, mutuendasq; unguibus uncis
Harprias, qui in justitia in mundo omnia fadant;
Secli hujus cladem, quæ non immanior ulla,
Pestis & ira Dei Stygio se extulit Orco,
Monstrum horrendum, ingens, Cacodemone requies ipso.

Terrum interea dominos hoc inter in ævo
Heu quotus inventus quisque est qui talia curet?
Imbuerit cuius sancta haec meditatio mentem,
Quod, mala quæ prohibere queat, quæ debeat idem,
Si non impedit, si non ea puniat idem,
Ipse ea patrabit, reus ipse sit omnium eorum,
Propria quod faciatq; alienæ crimina culpe
Si non justitiae gladio à se illa arceat? O tu
Justitiae armabit gladio quem dextra Jeboæ,
Cæsar, rex, Princeps, comes, aut quicunq; Dynasta,
Tu que Magistratus cui parent opida & urbes,
Sede Dei residens sacra ad subsellia judex,
Sensibus hoc imis oraculum in mente repone:
Nempe reo facinus quodcumq; impune relinquis,
Hoc facis O M N E tuum, reus hujus & ipse teneris,
Utg; comes se lorum es, sic pœna etiam ibis ad Orcum.
Nec tamen interea pœna torquendus èdem,
Sed tanto majore alijs, quo major in ævo hoc
Subjectis populis dominus quondam ipse fuisti.
Tanto & in Inferno flagro graviore secundus,

Que

Quo major cumulus scelerum est, quibus ipso tenetis.
Singula nam quaecunq; alys peccata, tibi adfunt
Omnia, que tu non punivisti omnia, nempe:
Quodq; pepereisti sceleratis atq; malignis
Illa Dei Nemesis justissima non tibi parcer.
Nempe Magistratu, duce, rege, aut judice iniquo,
Qui scelerum furijs non penas dividit aequas,
Sol nihil in toto sceleratus adspicit orbe,
Nempe suis humeris qui aliorum singula solus
Omnia peccata imposuit: Quâ victima Averni
Pinguior haud ullo torrebitur igne Gehenna,
Illum comburet Phlegethon, Stygiæq; Cerastæ
Nunquam absundendum lacerabunt dentibus, Hydræ
Usg; vorans, Ianiansq; Canis, semperq; flagellis
Dira Megæra secans; nec erit requiesq; modusq;.

Te quoq; quem armavit divini flaminis enses,
Ense D E I verbi, quo corda animiq; secantur,
Filius ille D E I, mundi Serbator Jésus,
Præco Evangeli, qui sede repositus in alta
Jussus es in templis eternæ oracula sitæ
Enarrare gregi pastorum Principis. O tu
Qui resipiscentes peccati mole gravatos,
Et verâ ad Christum fugientes speq; fideq;
Jussus es è pena culpeq; exsolvere vinclis,
Et clausi reserare fores, & limina cali.
Rursus qui scopulis mage frigida pectora & aspra
Qui peccatores adamantina corda gerentes,
Non Evangelij, nec legis voce domandos,
Jussus es inferni vinclorum Adamante ligare,
In manens eterna D E I quæ solvere nolit.
Clave ligandi & solvendi qui armatus utrâq; es.

E 5

Sugger


Suggerunt scandens, qui Christi in sede locari,
Qui dixit tibi, Te qui audit me ille audit, adeptus
Munus, quo toto nullum est sublimius arbus;
Officium quo majus id est majora manebunt
Te quoq; supplicia inferni, & tormenta Gehenne
Hunc si mendacem facias sola ore juberis
Cujus vera loqui: Si Christi in sede repositas
Sis mendax Belial: Si Spiritus imbuat orci
Vindicta, invidia, mendace calumnia, & ira
Linguam animumq; tuum, quod Spiritus incola Christi
Te regat interea mentitus, crimen atroci.
Pro scelus! O superi! Sceleri huic sufficerit ulla.
Num rota, num Furia, num saxum, an cultur, an ullus
Aeternum avrodenis vernis? Num stridor & horror
Dentium, an inferni flamarum ululatus in astu?
Quo officium admotus magis ad sublime fuisse,
Scilicet in Regis regum statione locatus,
Altius hoc barabri trudericis ad ima profundi.
I nunc, infelix, & parce nocentibus. I nunc
Congregq; accumulans in te ova nia & omnium in unu-
Crimina, que oblitus Christi non arguis. i nunc
Et dites sectare cliens, adesq; potentum
Et patere os ruffa demens tibi claudier offa.
Sed jam non tempus, sed nec locus, hisce notandie,
Et quibus Alcide graviori pondere clava,
Debetur melior. Sit nostra hæc meta querele.

Tu Pater alme Deus, cui terra, & Pontus, & aëris,
Tartaraq; & picti famulantur sidera cali;
Qui genus humanum tanto complexus amore es
Ut natum unigenam pro nobis morte litares;
Lucem Evangelij quæ nostra Academica templi


Hatt-

Hacenius illusras porro Pater optime ferba,
Et nostros defende Duces, mitesq; Patronos,
Post se sancte Deus quibus in spes nostra reposa est,
Nec patere everti haec ad fluminis Ostia Varni
Fundamenta hujus, quod fundasti ipse, Rosett.
Da Ducis ULRICI sacrum bunc redeuntibus annis
Restaurare diem, quoties Sol nobile signum
Arjetis ingressus cum luce aquaberit umbras.
Sit tibi laus & honor, Sit gratia gloriaq; uni
In terrâ, in calie saclorum in secula. Dixi.









Exsulet, heu! penitus toti int.
Pro numis. Genale genus grave
Clamosi rabiosa fori qui jurgia
Qui recta incurvant, qui nigra i
Pro pretio E nummis, Ita pro
Et recti obliquis, veri speciem ad
Artifices, per quos e mundo Af
Da fures, mæchos, homicidas,
Quos facinus presenti in facto
Da qui vel dextram maculare i
Conjugis aut natorum immani
Quig beneficis & Demonis art
Discunt atq; docent gelidos effe
Quig D E I verbo, qui ipsig
Ausint, Immo ipsi Jesu maledi
Et quorum intuitu vel Sol expa
Et quorum trepidant exterrita
Da vitium atq; scelus, da peccat
Quodq; unquam in mundum ba
Immenso ore patens, & vasto im
Deniq; da Sathanam Arctebac
Scilicet inveniet, modo numi de
Rhetora caußidicum, defensor
Judicij rabulam, genali Cerber
Qui scelus owne neget, qui fa
Momento exiguo quod tempor
Annorum in Decadas vel bis sex
Quam ferri possit sententia ju
Et quem jam invenias noſtro q
Qui eventum litie bibendo att
Tantum artes possunt, & milles

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 076

the scale towards document

